V. 1. A. Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum. Explico: "Quid videre est in justa [illegible] nisi dispositiones, et gratam fortis: "simarum virtutum?" Tirinus "Stupendum enim, jucundissi: "mumque spectaculum anima bene composita, in qua "ratio' [illegible] Deo, et rationi cæteræ [illegible]." Ibid. B. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis! Explicon Mirabiles sunt progressus tui de virtute in "virtutem in bonis habitibus tuis." S. Ambros. in psal. 118. octon. 12 "Speciosam significat animæ "pulchritudinem, quæ carne tanquam calceamento "utitur, et in ipso impedimentum non patitur, sed "sinceritas decore præcellit. Calceat se ergo carnis ani: "ma Ecclesiastica gratia, ut cursum vitæ hujus, et "transitum cum decore præterat. Quod fit, si cal: "ceamentum suum non inquinet luto corporali, "nec in vitiorum mergat voragine, si castiget carnem "suam, ne moveatur ad cursum, et animæ pinguis "pondere prægravetur. Bonum calceamentum ani: "mæ pudicitia est. Bonus gressus vestigium est cas: "titatis. Impudicitia autem amictus est animæ." etc.

Filia principis. Explicon Filia prædestinationis Dei, "vel quæ [illegible] principium a quo sunt omnia; nec tantum prima [illegible] causa, sed et ~~prima~~ ipsa omnium causarum causa, et ex illa omnis pater: principium [illegible] Dei ~~[illegible]~~ [illegible]

V. 4. B. C. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Explicon Attentio tua custodiens sensus tuos, et "instructam te servans ad bellum contra hostes tuos." In quem locum ita S. Thomas "Nasus tuus, idest [illegible] "tua, per quam discernis bonos spiritus a malis est sicut "turris Libani, idest turris clara, non [illegible] "bus diaboli. Et hæc turris respicit contra Damascum, idest "contra diabolum. Damascus enim interpretatur potus san: "guinis, et significat diabolum qui sitiens sanguinem nos: "trum tanquam leo rugiens circuit quærens quem devo: "ret. 1. Petr. C. 5."

V. 5. B. C. Et comæ capitis tui sicut purpura regis vincta ca: nalibus. Expl. [illegible] filii Dei Unige: "niti influens virtutem in justos quasi in canales" mor. Audi h. l. S. Thomam. "Comæ capitis tui, idest adhuc, et af: "fectiones tuæ, quæ radicantur in voluntate, cui competit "nomen capitis. Hæ affectiones sunt sicut purpura re: "vincta canalibus, quia semper sunt commundæ passio: "nibus Christi: purpura enim tingitur de sanguine pis: "cis: quia conchæ maris, ut Glossa tangit, ferro circum: "cisæ lacrimas purpurei coloris emittunt; et hæc purpura "potest significare carnem Christi, quæ fuit rubricata san: guine [illegible] "Comæ capitis sunt "cogitationes mentis."

V. 8. C. 3. Dixi: ascendam in palmam, et apprehendam fructus ejus. Dixi explicans verbo consilii, Interlineaaris vertit: ante sæcula disposui. Nimirum Consilui communicare me illis maxime, qui [illegible] imitare; et ubera mea sunt fructus victoriæ [illegible] [illegible], [illegible] palmæ, idest crucis Christi [illegible] [illegible] [illegible]. quia pro Christo non [illegible] dimicat, [illegible] [illegible] [illegible] digna [illegible].

[illegible] lecto meo, et ad me conversio ejus [illegible] [illegible] adhærere Deo [illegible] est, caro mea Deus in æter: [illegible] Ubi S. Gregorius [illegible] quoniam [illegible] ac dilectione soli Christo [illegible] solum sequor, solum cum Patre, et Spiritu Sancto unum Deum videre concupisco, respectionis ejus suavitatem, visitationis ejus benignitatem, conversationis dulcedinem gaudenter experior, experiens proclamo: veni dilecte mi etc.

V. 13. A mandragoræ dederunt odorem. Explicans processerunt Apostolorum exempla. Illi enim ex omnibus Sanctis constituti sunt principes super omnem terram ps. 44. 17. At inquit S. Gregorius Quid per mandragoram herbam scilicet medicinalem et odoriferam nisi virtus perfectorum intelligitur?

In Caput 8.um

V. 1. Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, et deosculer te, et jam me nemo despiciat. Explicans [illegible] accedat [illegible] beatificam [illegible] mihi, qui me dignatus es vocare sponsam tuam, et sororem, et [illegible] in latitudine cœlestis regni, et ibi comprehendam [illegible] et [illegible] meam vocationem, et electionem faciam. Habet hic gloss. ord. deosculer, idest facie ad faciem videam, et ore ad os loquar.

V. 2. C. d. l. Ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum. Explicans Ibi [illegible] mihi [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] debeas [illegible] in vita mortali [illegible] [illegible] tibi [illegible] caritatis meæ, et [illegible] bonorum operum, et orationum mearum. Titinus: Ibi me docebis puram, et primam veritatem, immo veritatem omnem veritatem. docebis me nosse te. Et ego tibi vicissim ibi dabo poculum ex vino condito, ex vino aromatico potum [illegible] ex omnium virtutum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

39 Ego autem dico vobis, non resistere malo. [illegible] ἀντιστῆναι,
h. e. in judicio stare (contra) vel judicio contendere propter injurias
vindicandas. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram. Etiam
Cicero de Officiis l. 1. Cap. 25. Nihil laudabilius, nihil magno
et præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. Sed
est illud autem: Si quis te percusserit in dexteram maxillam
tuam, præbe illi et alteram. Id explicat sequentibus exemplis
usque ad v. 44. Permitte, inquit, te offendentibus, tu vero
lucrum reputa, cum parvo ferent injuriam. In hanc rei ex-
emplum citat S. Augustinus ex testamento veteri l. 19 contra
Faustum Cap. 25. Illud proverb. Cap. 25. v. 21. ubi de inimico
diligendo dicitur. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si
sitierit, potum da illi. et illud in psalmo 119. v. 7 Cum his qui
oderunt pacem eram pacificus. Et alia multa.
40 Et ei qui vult tecum in judicio contendere et tunicam tuam
tollere, dimitte ei et pallium. Pallium quod Latinus vertit
interpres τὸ ἱμάτιον non est pallium modo, sed quidquid
pertinet ad genus universum vestimenti. Vestimentum vertitur
apud S. Lucam Cap. 6 v. 29. Sensus est: Volenti tunicam
tuam tollere, sine ipsi et indusium. Propterea S. Joannes
Chrysostomus: Quid igitur? nudum circumire me jubes?
Hæc ideo, quia facile est intelligendum [illegible] expoliare (alterum), prius
occurrere pallium diripiendum quam tunicam, prius tunicam
quam reliquum indumentum interius. Ergo qui se per-
mittit huic injuriæ, si primo concesserit tunicam, tum
non pallium consequenter, sed indusium, vel quidquid aliud ex reliquum in
vestium habet, quod possit deponere. S. Joannes Chrysostomus
41. Et quicumque te angariaverit etc.
ἀγγαρεύειν est inique aliquem trahere, et absque ulla o-
mnino ratione, opprimendo scilicet, atque [illegible]. Vade cum
eo et alia duo, h. e. duo millia alia. S. August. l. de Serm. lo c. 5. Tomm. in Lat. aur
Domini Cap. 31.
42. Qui petit a te, da ei: et volenti mutuari a te, ne avertaris.
Hæc, ut monet S. Joannes Chrysostomus, superius dictis minora
sunt, si verum genus spectes, sed si usum, frequentiam,
necessitatem facile majora. Mutuum (item Chrysostomus) non
usurarum foenus appellat, sed simplex beneficium commodandi.
43. Dictum est: Diliges proximum tuum: et odio habebis inimicum tuum.
Levitici Cap. 19 v. 18. Diliges amicum tuum sicut te ipsum.
Illa et odio etc. in veteri testamento ubi legantur non reperio. Tam quod Prov. Cap. 23 v. 10. legitur: Cave ne unquam cum in
Fortasse τὸ dictum est ἐρρέθη interpretari debet. Derivatum
est, quasi diceret: invaluit traditione, vel significatio invaluit
dictum, etiamsi non scriptum est, vel intelligendum de ini-
micis publicis, quos Dominus præceperat delendos ad inter-
necionem, velut de Amalec præcipit, tum Saul. cf. 1. Reg.
Cap. 15. v. 3 percute Amalec: et interfice a viro usque ad
mulierem, et parvulum atque lactentem, bovem, et ovem,
camelum et asinum. In horum odio spectabatur ea ratio,
non quia homines essent, sed quia hostes Dei. Quare in ps.
138 v. 21. nonne qui oderunt te Domine, oderam,
et super inimicos tuos tabescebam? v. 22. perfecto odio oderam
illos, et inimici facti sunt mihi.
[illegible] terræ illius magis amentes, quæ [illegible]
[illegible] minus est non jungere amicitias quam [illegible]

Catena Sacra ? 13 Cap. 15

44. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros etc. Reg: clare hinc Tertullianus ~~Apolog~~ contra Scapulam Cap. 2. Christianus nullius est hostis. Salomon in proverbiis commendavit illud officii genus (Cap. 25. v. 21.) Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere sed nihilominus externam benevolentiam. Nam quod sequitur v. 22. Prunas enim congregabis super caput eius, et Dominus reddet tibi, videtur Salomon non etiam voluisse denire, intus animum iratum contra inimicos, sic rationi morum temporum doctrinam accommodans. At veluti Tertullianus l. c. Cap. 1. Ita disc: plina jubemur diligere inimicos quoque, et orare pro eis qui nos persequuntur, ut haec sit perfecta, et propria bonitas nostra, non communis

45. ut sitis filii patris vestri qui in caelis est. h. e. ut imitemini patrem vestrum caelestem atque illius dilectionem per similitudinem operum promereamini. Nam et ipse solem suum oriri facit etc.

46. Quam mercedem habebitis? habebit ... h. e. acquiretis vel ...

47. quid amplius facitis h. e. quid eximiae vel excellentis virtutis.

48. Estote ergo perfecti etc. Hic primum audiverunt qui erant in apostolos deinceps captandi, ut essent perfecti. Hic audiant quicunque in apostolorum ordinem succedunt Ecclesiastici. Estote inquit perfecti in omni opere, et officio, sicut pater vester caelestis perfectus est.

Cap. 6

~~Videamus~~ Praecedenti capite v. 1. etc. S. Evangelista adnotavit accurate Dominum discipulos, hoc est binos illos et binos fratres et fratres Simonem et Andream, et duos filios Zebedaei qui ad eum accesserunt, cum Dominus iam vidisset turbas et ascendisset in montem, hoc est seorsim a turbis in plano degentibus ipse cum discipulis aggressus in montem. Illud ~~dum~~ concluditur praecedenti Capite v. 48. Estote perfecti etc. Nunc digreditur ad ~~tractanda~~ tradenda praecepta communionis justitiae usque ad v. 6. Capitis subsequentis septimi. Quaeres argumento est, dicta haec fuisse, cum turbae, quae sub monte consederant, impatientes expectandi, et ipsae ascendissent in montem. Propterea Dominus morem gerens earum piae desiderio audiendi caelestem doctrinam, dicit v.

1. Attendite, ne justitiam vestram etc. Justitia h. loco est virtus ... generalis, quae quasi propositum faciens subsequentes partes illas omnes, quae deinceps ... numerantur, misericordiam, orationem, poenitentiam, jejunium, contemptum divitiarum, conscientiae sinceritatem, pietatem, fidem, studium regni caelestis et justitiae Dei, quae omnia ... disseruntur singillatim. Agit itaque de modo, quo virtutes hae omnes coli debent, atque exerceri. Ut videamini ab eis. S. Gregorius l. 3. Pastoralis Cap. 1. adm. 36. Ea quae agimus occultanda sunt, ne ipsi laudemur: et tamen ostendenda sunt, ut laudem caelestis patris augeamus. Nam (Cap. 5. v. 16.) cum rursus videant ab hominibus bona opera nostra praeciperet, protinus subdidit, ut glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est

2. Cum facis eleemosinam, noli tuba canere. Chrysostomus: maximam volens notare ostentationis insaniam. Quid valeat ... illa, tuba canere, ostendit ... ~~separatim~~ ...

sicut hypocritæ faciunt in synagogis, et in vicis, ut hono:
rificentur ab hominibus. hypocrita, est quasi subdolus
et interius iudicandus, aliud enim videtur, aliud molitur.
Græce ὑπὸ sub, κριτὴς persona judicii, nunc qui judicatur.
Receperunt mercedem suam. Græce ἀπέχουσι, verti potest,
effundunt, hoc est deperdunt, vel evacuant. [illegible]
3. Nesciat sinistra tua. Chrysostomus: exaggerandum posuit sensum.
4. Qui videt in abscondito reddet tibi. In hoc et similibus locis
Græce additur, in manifesto.
6. Cum oraveris, intra cubiculum etc. Chrysostomus. Quid
ergo? in ecclesia non oportet orare? Et valde quidem, sed
cum hac voluntate: hoc est latendi.
7. Orantes nolite multum loqui. h.e. concinnare orationem
ad pompam.
8. Scit enim pater vester etc. Sic Deum ora, non ut doceas eloquio,
sed ut inflectas humilitate.
9. Sic ergo vos orabitis. S. Cyprianus de Orat. Domin. Qualia
sunt orationis dominicæ sacramenta, quam multa, quam
magna, breviter in sermone collecta, sed in virtute spi-
ritualiter copiosa. Ut nihil omnino prætermissum sit quod
non in precibus atque orationibus nostris cælestis doctrinæ
compendio comprehendatur.
ibid. Pater. ~~noster qui es in cælis.~~ Tertullianus l. de oratione:
Appellatio ista et pietatis, et potestatis est. Noster. S.
Cyprianus l. c. Publica est nobis et communis oratio: et
quando oramus, non pro uno, sed pro populo toto oramus
quia totus populus unum sumus. Qui es in cælis. Quamvis
per Jeremiam vere dicit cap. 23. v. 24. Numquid non
cælum et terram ego impleo? tamen orantem constituit
ante thronum cælestem, nempe aptum et congruum regno cælorum, quod
instituerat tamquam subiectum prædicationum suarum.
ibid. Sanctificetur nomen tuum. S. Joannes Chrysostomus. Sancti:
ficetur quippe est glorificetur. Digna prorsus eo qui eum
patrem appellavit oratio, nihil omnino prius, quam paternæ
gloriæ supplicare, omnia vero reliqua secundo loco ducere,
itaque laudes eius numerare.
10. Adveniat regnum tuum. Pro conditione temporum variata
est huius petitionis sententia. Nam docuit dominus Apostolos,
ut peterent regnum dei, illud scilicet, quo Christus erat glorificandus,
et agnoscendus per mortem et crucem, et missionem Spiritus
Sancti. Nunc autem postquam et ille glorificatus est, et datus
Spiritus Sanctus, petimus, ut regnum dei non auferatur a
nobis et idem veniat in gentes, quæ Christum non noverunt,
nec receperunt, utque veniat plenissima illa perfectio regni
Christi et dei, quæ fiet cum finali judicio.
ibid. Fiat voluntas tua sicut in cælo, et in terra. Petimus in
præcedentibus ultimum finem optatorum nostrorum qui
continetur, quantum ad deum pertinet, glorificatione nominis,
quantum ad nos consequutione sui regni. Nunc
petimus media ad illum conducentia. Si enim ita fiat in nobis
prosequutio voluntatis divinæ in terris, prout eandem dei
voluntatem spiritus beati prosequuntur in cælis, procul
dubio beati erimus. [illegible]
S. Cyprianus: Non petimus voluntatem dei ut in cælo, et in terra,
quod utrumque ad consummationem nostræ voluntatis pertinet, et [illegible]

[illegible] 1.9

14. [illegible] nostrum [illegible] in rebus [illegible] substantiam exprimit [illegible], [illegible] congruit [illegible] Επιούσιος [illegible] cap. [illegible] [illegible] nos [illegible] quotidianum [illegible] valet propter, et essentiam [illegible] [illegible] vitæ [illegible] ~~[illegible]~~ propterea [illegible]. Hic imperavit volens nos utique [illegible] esse, et [illegible] panis fidei [illegible] semper [illegible] nec [illegible] naturæ, quam [illegible] necessitati [illegible] [illegible] sententiam [illegible] mandat, quod solum fidelibus necessarium est: cætera enim nationes requirunt.

15. [illegible] debita nostra Tertullianus [illegible] [illegible], [illegible] petit veniam delictum confitetur [illegible] autem in Scripturis delicti figura est. Hic spectat [illegible] [illegible] Remittite inquit et [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible]

[illegible] et nos dimittimus etc. Catech. Romanus de hac petit. [illegible] Aliqui fortasse fuerint, qui cum nondum animum inducere possint, ut oblitis injuriis ament inimicos, propterea deterriti ~~[illegible]~~ conditione huius petitionis, dominica precatione non utantur. Quare deterrendi sunt ab eaque [illegible] qui [illegible] illo, et pravo timore commoventur [illegible] sibi Deum reddant offensiorem hac precatione: contraque etiam cohortandi ad frequentem orationis usum, [illegible] parente Deo postulent, ut sibi det eam mentem, ut iis qui [illegible], ignoscant, et inimicos diligant.

16. Et ne nos inducas in tentationem. Tentatio Græce πειρασμός [illegible] transmigratio potest πέρα enim [illegible] etiam transitio, [illegible] transmigratio [illegible] thema est. [illegible] trans, vel ultra, unde vocabuli [illegible] ut ne ~~[illegible]~~ [illegible] cum [illegible] illa trans[illegible] migratione, quam gente totius Judaicæ post horribilem internecionem Romani post domini mortem, et regni [illegible]. Nos petimus, quod quotidie Ecclesia inter [illegible] Liturgiam: libera me ab universis malis, et fac me tuis semper inhærere mandatis, et a te nunquam separari permittas. Petimus ne transmigremus a Dei [illegible], quæ nunc est per suam gratiam, et in futuro erit per gloriam. Sed, adiungimus, libera nos a malo, hoc est ab hoste omni, et tyranno, qui sub [illegible] nos velit jugo opprimere. In quo genere [illegible] tyrannus in æternitatem. [illegible] longa [illegible] est, [illegible] Græce ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, h. e. a laborem, vel dolorem inferente. Amen h. e. utique. Idem ac [illegible] Græcorum, quod Latine quidem variata vocali de longa in brevem, et præmisso a epitatico

17. Tu autem [illegible], unge caput tuum, et faciem tuam lava [illegible] non ut hoc [illegible] faciamus [illegible] diligentia bonorum hunc thesaurum studeamus ~~[illegible]~~

19. Nolite thesaurizare etc. Concludit, quæ supra dixerat, quasi diceret: [illegible] non corruptibilem thesaurum bonorum terrestrium acquiretis, sed incorruptibilem bonorum nunquam deficientium in cœlo

21. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. [illegible] enim ut ubi bona tua constitueris amando, ibidem etiam cum mente, et cum cogitatione verteris; et ibi te [illegible] per [illegible]

atque Jacq. l. 3. cap. 19

nititem esse, sive bona tua eligis in terra, ut cum terra transeas
et pereas, sive in cœlo ut cœlestem vitam cum beata æternitate
conquiras.
22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Græce: Lucerna
corporis est oculus. Si ~~corpus~~ oculus tuus fuerit simplex:
totum corpus tuum lucidum erit. Lucidum est non active in-
telligendum, sed passive: si oculus tuus fuerit simplex et
perspicuus, totum corpus facile regetur oculi lumine.
23. Si autem oculus tuus fuerit nequam (πονηρὸς laboriosus)
totum corpus tuum tenebrosum erit. σκοτεινὸν tenebrosum,
vel tenebris aut obtenebrationi obnoxium. Si ergo lumen etc.
Hæc et quæ præcedunt a v. 22 intelligenda sunt ex simili-
tudinem. Si ergo mentis intentio, qua dirigis operationes
[illegible], et terrestri limo obducitur, ipsa universa
vitæ tenebrosa est, et terrestri limo obducitur, ipsa universa
tua vita cum omnibus tuis factis quanta massa erit fa-
cinorum tenebras exteriores per æternitatem tibi commerentium.
24. Non potestis Deo servire, et mammonæ. S. Hieronymus: Mammona
sermone Syriaco divitiæ nuncupantur. Non dixit qui habet divitias,
sed qui servit divitiis. Qui divitiarum servus est, divitias custodit
ut servus; qui autem servitutis excussit jugum, distribuit eas ut
dominus.
25. Ideo ne solliciti sitis quid manducetis etc. Servitutem paulo ante
dixit eandem, quam nunc sollicitudinem. Hanc prohibet
in usu rerum sæcularium habendam, ut cum ab ea vacaverit
animus, possit animæ æternitati consulere. Ideo vero sequitur:
Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam ves-
timentum. Curam inquit, te ipsum et internam salutem tuam
quidquid extra te est [illegible], et omnia vanitas.
Eccles.
26. Nonne vos magis pluris estis illis? quanto magis non alet
deus vobis, si fideles sitis, quam illis? Fides primam non timet.
Tertullianus de Idolatr. Cap. 12.
27 Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum
unum. Hoc est: quantumvis distendamini sollicitudinibus,
nihil tamen per vos sine Deo auctore proficere potestis.
29. Nec Salomon etc. Nec Salomon in omni gloria sua tam variam
speciem potuit induere decoris, quanta est in agris passim amplissima
et formosissima pulchritudo, quæ invicem ipsi flosculi alter
prope alterum condecorantur, et insigniuntur.
30. ~~Quanto~~ Deus sic vestit: ἀμφιέννυσιν circumdat proprie,
translate vestit significat. Quanto magis vos modicæ fidei?
Quanto magis debetis vos jactare in deum curam vestram, qui
propter fidei vestræ mediocritatem is dignatur subsidia huius commo-
ditationis.
32. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Gentes fortasse dixit etiam
vulgus rudius, et minus ad pietatem eruditum, quod erat
quatuor ~~Apostolis~~ discipulis circumfusum, ut e cœtu ipso rudiore
infimo audientium allicerent, qui deinceps pietatem avidius
capessentes mererentur effici sui discipuli. Illa porro cura
divitiarum et opum sæcularium vulgi rudioris ita erat, ut
una propria gentilium omnium, qui profanam vitam agebant.
Scit (οἶδε perspicit) enim Pater vester, quia (ὅτι, quatenus)
his omnibus indigetis. Verba hæc novissima cum sequenti v.
33. Quærite ergo etc. discipulos illos lectissimos respiciunt, quos
apostolos suos erat deinde delecturus.
34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. S. Hieronymus: Cras in
Scripturis futurum tempus intelligitur. Crastinus enim dies
sollicitus erit sibi ipsi. Græcus textus valet: nam crastinus curabit sua.
Nam crastinus afferet per se suam sollicitudinem peculiarem.

Sufficit diei malitia sua. Malitia κακία a χάζω λείον
est lapsus, vel defectus vel corruptio. Sic 2. Thessal. Cap.
3. v. 13 μὴ ἐκκακήσατε καλοποιοῦντες, nolite
deficere benefacientes. Sufficit diei lapsus, vel corruptio
sua. hoc est, satis est solicitos esse per dies singulos.
velut faciebat Apostolus qui contestatur in Actis Cap. 20 v. 34
[illegible] et [illegible] [illegible] ipsi scitis, quoniam ad ea quę mihi
opus erant, et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istę.
ita tamen ut [illegible] ibidem paulo ante v. 24 [illegible]
se non facio animam meam (inquit) pretiosiorem quam me,
dummodo consummem cursum meum, et ministerium verbi,
quod accepi a Domino Jesu, testificari Evangelium gratię Dei.

Cap. 20.

Matth. Cap. 7. v. 1. Nolite iudicare, ut non judicemini. Quoniam
Cap. præcedenti v. 33. jusserat discipulos quærere regnum Dei et
iustitiam ejus nunc monet eosdem ne existiment regnum Dei
[illegible] eos principes, aut judices super terram. Judicare enim plerumque persępe
in scripturis principari est. Nolite, inquit, [illegible] principatum,
ut non subiiciamini [illegible] principantium. Et quoniam hoc
non [illegible] audiverant, quos erat iussurus Apostolos, sed etiam
magna circumfusarum virorum ac mulierum, puerorum, et senum,
[illegible] ac [illegible] prohibet etiam vulgaria illa judicia, quę [illegible]
à [illegible] usurpari, dum probant, improbant, censent, [illegible],
laudant, vituperant, contemnant, sine potestate, sine [illegible]
arbitrio, [illegible] aliorum facta, vel dicta quorumcunque,
quam judicationem nostri vulgo judicia temeraria dicere
consueverunt. Hęc Dominus perstringit præsenti præcepto,
addita infra etiam dissuasione. Inquit enim.
2. In quo enim etc. Nam, inquit dum vos iudicandi facultatem
vobis vindicatis de aliis, fit, ut alii quoque, qui pari jure vobiscum
utuntur ipsi de vobis iudicium sibi [illegible], et vices pares
vobis reddant. [illegible] Nolite ergo lędere iudicando,
ne iudicando lędamini.
3. Festucam in oculo fratris, et trabem in oculo tuo. Neque frater
sint [illegible] in oculo, neque quis in proprio oculo vel habere
vel [illegible] [illegible] nec videt. Oculum ὀφθαλμὸν vertentis h. l.
[illegible] [illegible] vel videntem ab ὄπτομαι
[illegible] video. [illegible] autem [illegible], festucam hoc est
[illegible] quidem [illegible] in [illegible] fratris tui
[illegible], hoc est insignem [illegible] in corpore
trabem autem, hoc est insignem [illegible]
[illegible] non vides?
5. Ejice primum trabem de oculo tuo: et tunc videbis ejicere
festucam de oculo fratris tui. Non ergo universe iudicia pro-
hibet, sed illis tantum permittit, quorum excelluerit [illegible]
[illegible], et prudentia [illegible]. Eam etiam requirit prudentiam
6. Nolite dare sanctum [illegible] [illegible] a monendis, [illegible]
in iis qui iudicant, ut caveant a monendis [illegible]
cum quibus nullus est doctrinę fructus futurus. Sic Paulus et Barnabas
in Actis [illegible] prędicare Judęis Cap. 13. v. 46. et dixerunt:
vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam re-
pellitis illud, et indignos vos iudicatis ęternę vitę, ecce con-
vertimur ad gentes.
7. Petite et [illegible] dabitur vobis: etc. Hinc tertium incipit
caput dominicę doctrinę. Sermo est enim non amplius ad
[illegible] discipulos, sed ad turbas universas, nec de [illegible]
[illegible] officiis, sed de maxime necessariis. Inquit enim v.
8. omnis, qui petit accipit: etc. quasi sollicitans et animans

turbas adhuc pavidas, et timentes accedere diceret accedite omnes, nam omnibus paratum est ut accipiant quod petunt, inveniant quod requirunt. Valent hæc et quæ sequuntur ad v. 11. etiam separatim ad fidem excitandam in animis istius vulgi. Hoc enim primum est in iis qui accedunt ad Deum ut fidem accipiant. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit. ad Hebr. Cap. 11. v. 6.

11. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris. Mali πονηροί h. e. difficiles, laboriosi morosique ad præstandum, et maxime illiberales. Bona intelligitur utilia, et congruentia usui bona.

12. Omnia ergo etc. hinc ad v. 15. hortatur ad religionem arctam et accuratam, cujus fundamentum facit in reciproca charitate.

15. Attendite a falsis prophetis etc. Hoc tertio capite doctrinæ sacræ ad turbas dominus monet, quoniam disciplina officiorum pendet plurimum a fide docentium, qui cavendi, et qui sequendi sint in iis, quos auctores suscipimus. Idque usque ad v. 20. Attendite, inquit. quomodo enim cognoscetis? attentione. Quid autem in illis attendendum? Hoc sequenti v.

16. A fructibus eorum cognoscetis eos. Si magistri institutio te facit deteriorem, lupus ille est indutus ovem.

19. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Graece excidetur: mittitur. hoc est omnis magister cognitus conjectura vitæ, vel doctrinæ malus relinquendus est, et penitus deperdendus.

22. Si non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. Quarta hæc pericopa doctrinæ suæ commendationem extendit usque ad v. 27. Regnum cælorum hoc loco intellige cælestem beatitudinem. Doctrinam suam porro primo commendat a causa efficienti quia vocat eandem voluntatem Patris, secundo a finali consequentibus

22. Multi etc. 23. Et tunc confitebor etc. quia eius doctrinæ opus est introitus in regnum cælorum. Intolerabilis quidem res est etiam gehenna, et supplicium illud horribile. Tamen si mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus est, quale est a beatitudine gloriæ honore repelli, exosumque esse Christo, et audire ab illo Non novi vos.

2[illegible] Numquam novi vos. S. Joannes Chrysostomus.

24. Omnis qui audit verba mea hæc, et facit ea, etc. Insinuaverat superius commendationem suæ doctrinæ, nunc proponit rem apertius. Hæc addit, verba cum dixisset, quia hæc ipsa peculiaris institutio est summa quædam eorum omnium quæ sunt ad salutem æternam necessaria.

Cap. 8.

Matth. Cap. 8. v. 1. ad 4. Marci Cap. 1. v. 40 ad fin. Lucæ Cap. 5. v. 12. ad 16.

1 Matth. Cap. 8. v. 1 Cum autem descendisset de monte etc. v. 2. Et ecce leprosus veniens adorabat. Verba hæc ostendunt curationem huius leprosi proxime subsequutam fuisse post habitos sermones in monte quæ [illegible] tamdem alii Evangelistæ nullo definito tempore [illegible] erant.

3. [illegible] mundare. S. Hieronymus. Non ut plerique Latinorum putant, jungendum est, et legendum. Volo mundare: sed separatim ut primum dicat. Volo, deinde imperans dicat. Mundare. h.e. sis mundus, imperandi verbo vocis parvæ.

4 Et ait [illegible] illi Jesus: Vide nemini dixeris: sed vade etc. Circa hæc factum sunt nonnulla observatu digna. Nam primo dominus [illegible] [illegible] [illegible] tetigit ostendens sinem se tegere legalibus cæremoniis. Deinde misit eundem ad sacerdotes, ut ex illis ipsis qui erant in dominum infensiores acquireret testes suæ virtutis. Tertio mandat viro emundato, ut offerat

munus quod præcepit Moyses, consulens conscientiæ et institiæ
mundati, qui in circumstantia neque ipsa se sentiebat
ea lege obstrictum si emundaretur. Quarto illi præcepit
Nemini dixeris, cui vero videtur leprosus non paruisse,
quandoquidem scribit imo S Marcus: egressus cœpit
prædicare, et diffamare sermonem. Sed qui bene rem
perpenderit inveniet imo illum egregie morem domino
præcipienti gessisse. Dominus enim non illi præcepit, ut
laudem pro beneficio accepto deo non redderet, adeoque
ut quod acceperat non confiteretur, sed ut nemini hoc pecu-
liariter diceret, seque sanitatem mundatum ostenderet, tenens
morem veniendo ad sacerdotes. Ille igitur postquam sanatus
est, neminem peculiariter alloquens cœpit prædicare,
et diffamare sermonem, simul domino et obtemperans,
et gratias agens dum se ostendit sacerdoti, et fecit
imperata iuxta legem Moysi.

Lucæ Cap. 5. v. 12. Et factum est cum esset in una civitatum etc.
In una inquit civitatum, puta Bethsaida, vel Corozain.
aut earum aliqua, in qua fertur dominus fecisse signa,
nec tamen, quæ aut qualia planum est in sacra historia.
in una civitatum item inquit, hoc est prope unam civitatum,
non intus; ~~decendit~~ enim ~~...~~ ~~...~~ ibi dicamus
esse vel agere, quem prope locum degimus S Marcus
id insinuat, nam refert v. 45. post id factum leproso, ita
divulgatum dominum non potuisse manifeste introire civitatem
sed foris esset in desertis locis. Idemque confirmat traditio
et lex in ea gente vigens, quæ describitur Levit. cap. 13. v.
44. 46. Quicunque maculatus fuerit lepra, et separatus
est ad arbitrium sacerdotis, omni tempore quo leprosus
est et immundus, solus habitabit extra castra.

in civitate: Pentecostes

Cap. 11.

Joannes Cap. 5. v. 1 Maria Cap. 6. v. 1. 2.

Post illa quæ habemus ... sunt ~~...~~
~~...~~ de domino narratur usque ad ~~...~~
~~...~~ ex S Joanne Cap. 5. historia
videtur ... ex S Joanne Cap. 5. historia
languidi sanati ad probaticam. Nam certe nostri temporum
... hanc partem dominicæ historiæ ...
... post sanatum in monte leprosum Cap.
... S. Lucas post sanatum in monte leprosum Cap
5 v. 15 de qua vidimus in Catena capite superiore
ait perambulabat autem magis sermo de illo et
conveniebant turbæ ~~illæ~~ multæ etc. (v. 16.) Ipse autem
secedebat in desertum, et orabat. His verbis ~~mihi~~ videtur
evangelista designare aliquid temporis longinquitatem,
quo dominus illa faceret quasi ex usu fastidio,
de quo tempore ipse Evangelista nihil ~~...~~ vel
historiæ ... explorandum quod priori stilo ex:
posuerat. Fit igitur ut post illud factum leprosi sanati
continuatio sacræ historiæ ~~ab~~ aliis Evangelistis sit petenda,
animadvertendo, ubinam bini saltem iterum conjungantur,
et deinceps historiæ filum faciant. Hi sunt Sancti Joannes
et Marcus. Nam S. Joannes post ~~...~~ languidi

sanitatem subiungit dominum ex Judæa transisse [illegible]
ad mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Cap. 6. v. 1. S. Marcus
post leprosum mundatum dierum intervallum assignat
et reditum subiungit domini Capharnaum, ubi circa
mare Tiberiadis videlicet dominus habitare instituerat,
ut in Catena Sacra supra jam vidimus Cap. 8. huius.
Dominus ergo post leprosum mundatum venit in Judæam;
postquam ibi ad probaticam languidum sanavit, re-
versus iterum in Galilæam est. Laboris argumentum
reliquæ deinceps historiæ huius sacræ conveniendo, veluti
videbimus. Vide supra hoc capite admonitionem in d. Joannem cap. [illegible]
Joannes Cap. 5. v. 1. Post hæc erat dies festus Judæorum, et
ascendit Jesus Jerosolymam. Ascendit Jerosolymam videlicet
propter ipsam festivitatem, quæ sane una ex tribus erat
celeberrimis anni, ut alibi diximus. Quænam autem?
Respondet verissime S. Joannes Chrysostomus: ut mihi
videtur Pentecostes. Et quoniam res obscura est, et neces-
saria ad sciendum propter continuationem huius Catenæ,
operæ est pretium, ut accuratius explanetur. Nam cum
tres essent in anno solemnitates, quibus tenebantur Judæi apparere
coram domino in Jerusalem, azymorum, hebdomadarum, et
tabernaculorum Deuter. Cap. 16 v. 16. S. Joannes Azymorum,
et tabernaculorum solemnitates appellat alibi nominibus suis.
Azyma enim bis commemorat, et Pascha appellat C. 2. v. 13
Cap. 6. v. 4. Cap. 13. v. 1. Festivitatem pariter Tabernaculorum
proprio nomine appellat Scenopegiam Cap. 7. v. 2. Relinquitur
ergo ut festum illud ejus generis, quo consuetudo postularet
ut ascenderetur Jerosolymam, et quod Evangelista certo nomine
non connotaverit, intelligi debeat Pentecostes. Est autem
sua ratio cur peculiari nomine Pentecostes non connotaretur.
Nam ceteræ festivitates nomen habent vel a ritu, ut Sceno-
pegia, idest Tabernacula, ~~vel~~ Azyma a panibus infermentatis,
vel ab eventu ut Pascha Phase idest transitus domini
Exodi C. 12. v. 11. Pentecostes autem a numero solo nomen mutuatur
nam eius ratio describitur Levit. Cap. 23. vv. 15. et 16. Nume-
rabitis ab altero die Sabbati in quo obtulistis manipulum primitiarum,
septem hebdomadas plenas, usque ad alterum diem expletionis
hebdomadæ septimæ, idest quinquaginta dies. Numerus autem
neque ad ritum pertinet, neque historica factum quidpiam per se hunc illustrat
~~illustrat~~. Relinquitur ergo ut vis tota solemnitatis Pente-
costes hoc uno definiatur, cum dicitur dies festus. Ergo
dies festus Judæorum sine alia aliqua additione fuit
Pentecostes. Insinuatur id etiam alio modo ex stilo Evange-
listæ. Nam cum sit hic evangelista longe ~~[illegible]~~
tenacissimus propriorum nominum tum locorum, tum temporum
cumque non sicut Lucas potuerit aliquid prætermittere inde-
finitum in sacra historia, quia ipse humano sensu non exploraverit ~~ignoraverit~~, namque hic
et vidit, et scripsit, nunc diem festum non aliam ob causam
reliquit indenominatum, nisi quia censuit etiam sic sine generali
nomine satis intellectum iri. Id autem quonam modo? videlicet
quia cum tria essent festa præcipua Judæorum, cumque cetera
duo Evangelista suis nominibus descripsisset, illud tertium
quod indescriptum relinquebat aliud non remanebat intelli-
gendum nisi Pentecostes. Huic sententiæ apud Tirinum adstipulatur
etiam S. Cyrillus Alexandrinus, qui tradit, semel tantum in anno
id esse solitum, idque circa Pentecostem, ut aquæ Probaticæ moverentur
ab Angelo. Hoc si fuit, id ipsum quod deinceps narratur in

interq. S... (... cap. ...)

textu sacro facit maxime in sententiæ ~~pergunti~~ confo nostræ confirmationem.

2. Est autem Jerosolymis Probatica piscina etc. ~~Est inquit.~~ ἡ προβατική Græci recte dicunt, probatica latine ergo pecuaria est vel quod aqua illius stagni oves, et aliæ pecudes in templo vicino immolandæ ablueréntur, ut explicant S. Hieronymus, et Theophylactus apud Tirinum, vel certe (inquit Tirinus) hoc stagnum erat juxta portam gregis 2. Esdr. Cap. 3. v. 1. et 32. per quam greges in urbem, et inde in templum inducebantur. Hebraice dicitur Bethsaida non per Sade צ sic enim est nomen urbis ad mare Tiberiadis patria Andreæ, et Petri, et significat domum venationis vel piscationis, sed per Samech ס quomodo idem significat, quod Bethesda, ut S. Hieronymus et Græca legunt, idest domum, seu locum effusionis a radice sed חסד, quod effusionem significat, eo quod in illud stagnum multis undique subterraneis ductibus e templo se aquæ diffunderent, quibus victimæ lotæ fuerant, teste Aristæa l. de Sep. interpre. Addentem.

4. Angelus autem descendebat secundum tempus etc. et est in die Pentecostes semel in anno si contentimur S. Cyrillo citato, v. 1. Et qui etc. sanus fiebat aquacumque infirmitate. Tradit S. Joannes Chrysostomus aquæ illi hanc virtutem non fuisse antiquam, sed nuperam, a quo inmo... propiores veritati imagine et in baptismate, et in passione et in aliis ... fuerunt, quam vetustiores

5. Erat quidam homo triginta et octo annos etc. Habebat hic homo non ætatem, sed infirmitatis annos octo et triginta unde et infra v. 6 ... cum vidisset Jesus jacentem et cognovisset, quia jam multum tempus haberet, inter ... in infirmitate; cæterum nihil minus in ætate hominis octo et triginta annorum naturæ.

17. Pater meus usque modo operatur, et ego operor. Usque modo Græce ἕως ἄρτι qua pariter. Dicit ... Hoc est: utor ac Pater meus operatur et ipse operor. Hoc est: utor eodem operandi iure, ac regula et Pater meus: æque enim ac ille deus sum. Atque ostenditur voluisse dicere ex invidia Judæorum subsequenti v.

18. Propterea ergo magis quærebant eum Judæi etc. æqualem se faciens deo. ... in hunc l. S. Augustinum

19. Non potest filius a se facere quidquam etc. Hoc est: Non potest Filius non facere, quæ Pater facit. Neque potest facere nisi quod Pater facit. Facit enim quod Pater facit. Quia facit non a se, sed ab illo, tamquam in suo principio. Facit autem videndo Patrem facientem. Est enim de Patre, quia videt Patrem, atque cognoscit Patrem, a quo et plane cognoscitur. Unde fit, ut eadem potestate res easdem quas Pater facit, etiam Filius similiter facit

20. Pater enim diligit filium. unice, ac singulariter. Et omnia demonstrat ei, quæ ipse facit. et omnia monstra signorum per eum facit, quæ ipse facit Et majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini: quod si, inquit, miramini sa... ... quas per me vel in hoc languido ... est, vel in aliis infirmis, majora sunt monstra reliqua, quæ idem per eundem faciet, ut magis miremini

Inquit autem quoniam Est inquit Evangelista: Est piscina quinque porticus habens ... atque existentem. nam est inquit, non erat, aut fuit, significans... propterea nondum eversam fuisse Jerosolymam a Tito, cum ~~Evangelista~~ hæc scriberet; quo refellitur com... quia ..., qui censent illum non nisi tandem anno Christi 99. Nerva imperante scripsisse Evangelium.

21. Sicut enim Pater suscitat mortuos, et vivificat:
Nam sicut ille unus suscitare mortuos potest, et unus
est arbiter vitæ omnium: Sic et Filius quos vult vivificat:
sic et Filius habet potestatem et arbitrium vivificandi
quos velit. S. Augustinus: Per hoc significatum est:
id esse Patri facere, quod monstrare.
22. Neque enim Pater judicat quemquam: sed omne judicium
dedit Filio. Augustinus: Aliquando judicium discriminatio
dicitur. Judicium non est damnationis, sed discretionis.
Judicare κρίνω cerno. Sententia est ad rationem cuiusque
prædicat: Neque enim Pater discernit quemquam, vel
differenter agit quidquam cum quopiam sine Filio sed
electionem et distinctionem quamlibet in operibus quæ
agit, subjecit, atque remisit Filii judicio; potestati, voluntati.
23. Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem:
qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui
misit illum. Ut omnes illi intelligant eodem honore
habendum Filium, quo habetur Pater. Qui enim non
sicut Deum honorat Filium, ille nec condigno honore
afficit Patrem: Filius enim a Patre procedit Deus de Deo,
qui misit illum Deus Deum: sicut per omnia opera sua
virtutem Filii extendere solet, qualem ipsum misit, Dei
scilicet de Deo, unum unius de uno. Vide S. Augustinum.
24. Amen, amen dico vobis, quia etc. Equidem enim affirmo
vobis, quia qui audit, et considerat, et attendit, et recipit
sermonem meum; et per hunc fidem spondet, ac profitetur
illi, qui misit me, Patri: communicat vitæ æternæ, et
separationi ab hac vita subjectus non erit; sed per hanc
fidem, dum illi parere instituit, translatus est de regno
mortis ad vitam. S. Joannes Chrysostomus: Mortem non
hujus sæculi, sed æternam intelligit, quemadmodum et vitam.
25. Amen etc. quia venit hora etc. mortui audient vocem Filii
Dei, et qui audierint vivent. Hoc dupliciter: Primo inquit,
si vocem protendero mortuis, et jussero ut vivant, vivent
sicut filia Jairi, et filius viduæ, et Lazarus. Secundo: Nunc est hora ut
mortui audiant vocem Filii Dei, et qui audierint vivent inquit,
quia statim ac Christus Dominus cœpit fidem homines docere,
et regnum cœleste prædicare, jam mortui omnes defuncti ab
omni sæculo inceperunt audire illum, et agnoscere Filium
Dei. In hujus rei exemplum dicit infra cap. 8. v. 56. Abraham
exultavit, ut videret diem meum: vidit et gavisus est. Et
quidem prout audierint sive justi, sive reprobi ita vivent
inquit expectantes resurrectionem vitæ, vel resurrectionem
judicii. infra v. 29.
26. Sicut enim Pater etc. Hoc est: Nam Filius æque ac
Pater habet vitam per essentiam, et non vitæ participatione,
sicut creatæ res. S. Augustinus: Pater vita est non nascendo,
Filius vita est nascendo. Pater de nullo Patre, Filius de
Deo Patre. Pater qui est vita in semetipso, genuit Filium,
qui esset vita in semetipso, ne participando intelligatur
habere vitam.

27. Et potestatem etc. Postquam hactenus luculenter asseruit naturam divinam; quoniam apud Judæos cum forma hominis agebat et servi: nunc dicit, qua ratione virtutem divinam sibi asserat. Inquit enim: Cum propter formam Dei æqualis sim Patri, et iudicem pariter ac Pater: quatenus Filius hominis etiam sum, hoc item iudicium facio, quia quatenus homo sum propter divinam naturam, quæ hunc hominem assumpsit, Pater meus dedit mihi, ut possim hoc iudicium facere; quod nec facerem, nec possem solus homo, nisi ille dedisset, ut idem Deus essem. Joannes Chrysostomus rejicit verba novissima huius v. quia Filius hominis est ad partes periodi sequentis et ante illas punctum interponit; Atque longe facilior textus videtur, si in principio sequentis legas: Quia Filius hominis est, nolite mirari hoc: etc.

28. Nolite mirari hoc: h.e. quod sanaverim languidum: quia venit hora in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei; Sed inquit, ex eo signo sanitatis languido donatæ conicite, veram esse hanc doctrinam, quam volo nunc vos docere, futurum ut omnes qui in monumentis sunt audiant vocem Filii Dei meam. Audiunt nunc enim in spe, et expectant audire ut fiat quod in sequenti v. dicitur.

29. Et procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt in resurrectionem judicii. Id erit in consummatione sæculi, cum non modo humanæ animæ, sed ipsa corpora, quæ in monumentis sunt ad vitam regressa immortalem audient vocem Filii Dei, imperantis et ut resurgant, et ut procedant qui bona fecerunt in eam vitam, quæ vere vita est; qui vero mala egerunt in discrimen illud miserrimum a vera vita separati in miseriam sempiternam.

30. Non possum ego a me ipso facere quidquam. Hæc et quæ sequuntur ad totum v. 30 prædicat de se quatenus ad naturam humanam, cum superius docuisset de se pro ratione naturæ divinæ. Quia, inquit, Filius hominis tantummodo, non possum ego a me ipso facere quidquam Sed sicut audio judico: sicut, et quatenus Verbum vel vocat Dei, quæ divina natura in me est, sonat in mea humanitate, ita ego ex hoc corpore humanitatis operor diversimode et judicium meum justum est et omnino distinctum et peculiare operatio mea in hac etiam humanitate rationabilis, et iusta est: quia non quæro voluntatem meam: quia utcumque habeam humanam etiam voluntatem (sum enim homo virtutibus omnibus præditus etiam humanæ naturæ) tamen voluntatem hominis non requiro, nec sequor sed voluntatem ejus qui misit me, sed voluntatem Dei, quæ voluntas eius est, qui misit me Patris

31 Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium
meum non est verum. S. Joannes Chrysostomus hæc
intelligit per quandam prolepsim dicta: Quænam ergo
sententia dicturi erant Judæi: Si tu testimonium
perhibes de te ipso, testimonium tuum non est verum.
Idcirco præoccupavit Jesus, quasi dicat. Forsitan dicetis
vos mihi non credituros: nemo qui repente de se ipso
testimonium perhibet habet apud homines auctoritatem.
Illa autem particula [non est verum] non est temere legenda,
sed ad illorum opinionem referenda. Huic prolepsi res-
pondet in sequentibus.
32. Alius est, qui testimonium perhibet de me. Testes
de se quatuor infra assignat. Et scio h. e. scire
facio, ostendo, quia verum est testimonium quod
perhibet de me, quod illi singuli, quos infra re-
feram, inquit perhibent de me.
33. Vos misistis ad Joannem: et testimonium perhibuit
veritati. Ecce unus testis. Subjungit Chrysostomus:
Non misissetis, nisi dignum arbitraremini, cui fides
esset adhibenda.
34. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed
hæc dico ut vos salvi sitis. Ego vero non egeo tali
teste, sed misi illum ante me comparatum vestræ im-
becillitati hominem ad homines, ut si per illum cre-
dere velletis, possetis salvari.
35. Ille erat lucerna ardens et lucens: ~~Vos autem voluistis~~
~~ad horam exultare in luce eius.~~ Testimonium Joannes
perhibuit sufficiens de Christo sed pro circumstantia illius
modo temporis, in quo Christus nondum se manifestaverat.
Sic lucerna est sufficiens et idonea ad illuminandum
quousque sol oriatur, et quoadusque nox est. Vos autem,
inquit, voluistis, ἠθελήσατε finivistis, vel desiistis:
θέλω enim quasi a τέλος finis. Desiistis ad horam,
post admodum parvum temporis exultare in luce eius.
Tum enim Joannes nihil agebat publice, sed detinebatur
in carcere.
36. Opera quæ dedit mihi Pater, quæ ego facio testimonium
perhibent de me. Ecce alterum testem.
37. Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me
Ecce tertium testem omni exceptione majorem Et valet
utraque. Significat enim testimonium Patris esse in operibus,
quæ fecit. Neque vocem audistis, neque speciem eius
vidistis. Hoc est: tamen utcumque opera testimonium
perhibeant de me, et ipse Pater meus in operibus, quæ
dedit mihi, ut faciam de me pariter testimonium perhi-
beat: vos tantum neque attendere voluistis vocem illius,
quæ clamat per opera mea, neque cognoscere speciem illius,
quæ in operibus ipsis se se manifestat. Quod autem hæc
sit germana illorum verborum explicatio probat v. qui sequitur.

38. Et verbum ejus non habetis in vobis manens: quia quem
misit ille, huic vos non creditis. Proinde verbum ejus in
vobis non proficit, quia mihi fidem, quem ille misit, non
adjicitis.
39. Scrutamini Scripturas. Ecce quartum de Christo testimonium.
quia vos putatis δοκεῖτε, docetis: in ipsis vitam æternam
habere, vitam æternam vobis promitti in Scripturis. Et illæ
sunt, quæ testimonium perhibent de me. Illæ porro non
promittunt vitam æternam vobis datum iri, nisi per Messiam
et mediatorem. Illa sum Ego. Nam Scripturæ testimonium
perhibent, me illa facturum fuisse, quæ facio: implentur
enim, quæ in illis scripta sunt de me. Et tamen vos ad.
40. Et non vultis etc. Et tamen vos ad me venire non vultis, ut vitam æternam habeatis,
quam per me unum vobis datum iri Scripturæ promittunt.
41. Claritatem ab hominibus non accipio. Claritatem
δόξαν, hoc est: documentum de me ab hominibus
non accipio, neque ab humanis testimoniis. Idem dixit
de testimoniis Scripturarum, quod supra v. 34. de testi-
monio Joannis.
42. Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.
Sed jamdiu est, ac Deum non diligitis, quod ego novi de
vobis. Propterea me non recipitis, quia impediti veteribus
peccatis, quorum servi facti estis, non potestis neque obedire
Deo, neque attendere speciem et majestatem illius in
signis meis, neque me recipere, quem ille misit.
43. Ego veni in nomine etc. Nomen ὄνομα a νέμω
tribuo, vel trado. Ego veni cum potestate, et mandatis
quæ dedit mihi Pater: et non accipitis me, si alius
venerit, doctrinæ vos arbitrio suo, illum accipietis.
Proinde v.
44. Quomodo vos potestis credere (mihi dicenti vos
ex Patre Deo) qui gloriam, doctrinam, traditionem
ab invicem accipitis humanam hominis ab hominibus,
et per homines; et gloriam, doctrinam, quæ a solo Deo est, quæ divina revelatione, vel ostensione innititur,
est, non quæritis? negligitis, non perquiritis?
45. Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud
Patrem etc. Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos
primus apud Patrem, quia divinam ex verbis meis prædicatam
doctrinam rejicitis, quasi ex me inceptam doctrinam Dei
contemnere, dediti tantum doctrinis hominum: est qui accusat
eius rei Moyses, in quo speratis.
46. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi.
Forsitan ἄρα, ἄν utique, vel quidem. De me enim
ille scripsit. S. Augustinus l. 16 contra Faustum Cap. 20
ait: De me enim ille scripsit, ut omnem Scripturæ illius
intentionem non nisi ad intelligendum Christi gratiam per-
scrutando converteremus.
47. Si autem illius litteris etc. Quamvis enim Christus esset
ipse de se per semetipsum longe major gravior que testis
quam Moyses; tamen facilior Judæis Moyses quam
Christus propter inveteratam conciliationem, et per-
suasionem.

Catena Sacra. l. 6

Cap. 6. v. 1. Post hæc abiit Jesus trans mare Galilææ
quod est Tiberiadis. Et quidem hoc fuit, cum S. Marcus
filum historiæ suæ continuans de illo scripsit Cap. 2.
v. 1. Et iterum intravit Capharnaum post dies
v. 2. Et sequebatur eum multitudo magna etc. Illa fere sequuntur
in Catena Cap. sequenti S. Marcus v. 2.

in Catena primum [illegible]

Cap. 23.

Continuatio et methodus. Matth. Cap. 9. v. 1. ad 8. S. Marc. Cap. 2. v. 1. ad 12. itemque Cap. 5. v. 17. ad 26. hic capite quæ esse debeat, indicatum est in nostra noviss. [illegible] calcem capitis præcedentis. Illa interim non ex S. Lucæ [illegible] sed a S. Marco [illegible] suppeditatur, cum S. Lucas [illegible] nam in [illegible]

Matth. Cap. 9. v. 1. Et ascendens in naviculam transfretavit, et venit in civitatem suam. Si Evangelistam S. Joannes Chrysostomus intelligo, Capharnaum hic locus civitatem hanc Domini [illegible] dicit, ubi sanatus est paralyticus, de quo subsequitur, namque civitas Capharnaum hæc dicenda, et non Nazareth, est. S. Marcus quin dubitare non permittit, quia paralyticus, de quo aggreditur sermo, in Capharnaum sanatus sit. Capharnaum civitas Domini dicitur autem, quia ibi post baptismum suum habitare instituerat. Necesse est enim circa hæc ut sanctum Marcum sequamur, qui filo continuavit interrupto hanc seriem et partem gestorum Domini, præterea quod S. Petro dictante scripsit illa Evangelium, qui his actis interfuit. Sancti autem Matthæus et Lucas his gestis non interfuerant, quin Matthæus nondum fuerat vocatus a Domino ad Apostolatum; itaque et hæc [illegible] retulerunt [illegible] ordine temporum [illegible]

{Gue [illegible] una [illegible] similiter Matthæus [illegible] in [illegible] ad illa proxima [illegible] et utrique lego supra diximus. [illegible] intelligi debere interpretatur S. Joannes Chrys. [illegible]}


~~1. Laudat Boannem~~

Matth. C. 11. v. 7. ad 15. Luc. C. 7. v. ~~24 ad~~ [illegible]

1. Exprobrat incredulos.

Matth. C. 11. v. 16. ad 19. Luc. C. 7. v. 29. ad 35.

Luc. C. 7. vv. 29 30. Et omnis populus etc. Pharisaei autem etc. His verbis S. Lucas praemittit causam cur Dominus in subsequentes objurgationes converterit orationem. Querela haec Domini Judaeorum illud temporis spatium respicit universum, quamdiu Joannes Baptista institit suum praedicare baptismum usque ad eam horam, qua minus haec contestatus est. Inde enim omnis populus humilior, ei publicani, h. e. turba promiscua negotiatorum et artificum justificaverunt Deum baptizati baptismo Joannis. Pharisaei autem et legisperiti superbiores consilium Dei ac voluntatem spreverunt in semetipsis, et usurpare neglexerunt quantum ipsorum erat. Humiliores nonnullos ex ipsis Pharisaeis baptizavit S. Joannes, velut apparet ... l. 2. c. 6

32. Cantavimus vobis tibiis etc. Chrysostomus in Matthaeum ... remissiore vivendi disciplina volui vos attrahere, et noluistis ... Joannis mentem adhibere, qui durissima disciplina vivendi ad vos venit. Non enim ad aliud Joannes, ad aliud ego vos induco: quippe unum est utriusque consilium, etsi vivendi studia contraria videantur.

35. Et justificata est sapientia a filiis suis. S. Hieronymus in Matthaeum In quibusdam evangeliis legitur: justificata est sapientia ab operibus suis. Sapientia quippe non quaerit vocis testimonium, sed operum. Filius ut alibi dictum est valet idem ac homo quispiam pertinens ad illud quod orationis sub jectum est. Vis sententiae est. Verumtamen quidquid homines generationis hujus vel me blasphemant, vel Joannem, tamen sapientia, sanitasque doctrinae et morum in sectatoribus suis, et in operibus suis per se se probat, exeritque semetipsam.

Cap. 39.

Exprobrat incredulitatem civitatibus.

Matth. c. 11 v. 20. ad 24

De his civitatibus ita Tirinus: Corozain urbs erat ultra mare Galilaeae. Bethsaida citra; Capharnaum media inter utramque. ~~et utrique vicina Judaeorum~~ erat. Sed Tyrus et Sidon urbes Phoeniciae ad littus maris mediterranei Gentium idolatrarum erant, conterminae Galilaeae ex parte borea ... Subjungit S. Hieronymus: Quaerimus ubi scriptum sit, quod in Corozain, et Bethsaida Dominus signa fecerit. Supra legimus (Cap. 9 v. 35. in cit. l. 2. Cap. 35.) Et circuibat civitates omnes, et vicos sanans omnem infirmitatem: et reliqua. Inter ceteras ergo civitates, et viculos, aestimandum est in Corozain quoque, et Bethsaida Dominum signa fecisse.

23. Usque ad infernum descendes. h. e. usque ad profundum solum eques deris, ita ut fundamenta ipsa deradantur, quod factum fuisse Geographi contestantur.

Cap. 40

Cœnat apud Simonem Pharisæum

Luc. Cap. 7. v. 36. ad f. 50.

37 Mulier erat in civitate peccatrix. In civitate inquit,
Naim, quam suo proprio nomine supra appellaverat v. 11.
Attulit alabastrum unguenti. Plinius l. 36. Cap. 8.
Alabastritem lapidem cavant ad vasa unguentaria:
quoniam optime ea incorrupta servare dicitur.
38 Stans retro secus pedes ejus etc. Hinc ostenditur ritus
Hebræorum veteri recumbentium in tricliniis lectulis recumbendi, quoniam
patebat locus venientibus pone tenendi pedes recumbentium,
et hujusmodi officia exercendi.
41. Duo debitores etc. Debitoribus comparat tum Pharisæum
tum mulierem, quia sibi dei illorum debebantur officia,
quæ uterque impendebat. Mulier plus accepit, dum
plus exhibuit, quam Simon, quia ipsam voluntatem
et fidem exhibendi ampliorem, quam ille alter accepit.
Ideo et plus diligit quam Simon, et plus quoque dili-
gitur. Et quia plus diligitur, idest non solum quantum
ad eam gratiam, ut elargiatur Domino temporalia
munera, sed ut perfectam pietatem et charitatem illi
persolvat, et exequatur, ideo perfecte diligitur. Et
quia perfecte, ac penitus diligitur, ideo audit v. 48
Remittuntur tibi peccata. Hæc hactenus a Cap. 35.
in urbe Naim. Ibi expectavit dum Apostoli inde reverte-
rentur, unde missi fuerant. Ibi facile cum eos excepisset
redeuntes, tum deinceps iter suscepit per civitates et
castella, quod sequenti Capite legitur ex S. Luca.

Cap. 41.

1. Recipit Apostolos redeuntes.

2. Itinerantur cum illis.

Matth. Cap. 11. v. 25. ad fin. 30 Luc. Cap. 9. v. 1. 2. 3.

Matth. Cap. 11. v. 25. Confiteor, gratias ago est, vel compote
verba mea facio. Græce ἐξομολογοῦμαι ἐξ ex ὁμοῦ
unio, λόγος sermo, quasi unio, vel compono ex fodis
sermonem. In illo tempore etc. h. e. Jam autem confecto
illo cursu primo duodecim Apostolorum, cum illi reditum
fecerent, in eo cursu rerum, ac tempore ad id verba
convertens, dixit Jesus: Equidem ostendo ipsis exemplis, et
fateor Pater, Domine cœli, et terræ, quia quæ abscondisti
a sapientibus, et per artes verborum scientiam comparan-
tibus, hæc tu revelas parvulis. Parvulos dixit Apostolos,
ut etiam alibi minimos suos, qui non modo crediderant,
sed etiam docuerant, et signis ac miraculis ad eum
hominem comprobaverant, quæ docti, et habiti sapientes in
sæculo viri et despicerent, cognoscerent, et minus va-
lerent intelligere.
26. Ita Pater, etc. Placitum εὐδοκία verti potest
gloria. Ita est, ita sit Pater quia hoc evadit in
gloriam, et in agnitionem præsentiæ, et majestatis
tuæ.

27. Omnia mihi etc. Ostendit rationem, qua parvulis revelata sunt secreta cœlestia. Quia scilicet Deus Dominus omnia hæc solus et potest, et facit. Nam enim potestatem accepit a Patre ut omnia posset. Quare quod pertinet ad scientiam dei, habet illam Deus solus, et unus. Pater enim Filium, et Filius Patrem naturaliter, sive per essentiam invicem se sciunt. Homines autem mysterium divinitatis non nisi quatenus docentur a deo per Filium dei.

28. Venite ad me omnes, qui laboratis etc. Gratificatur, et blande consolatur excipiens duodecim Apostolos ad eum proprie accedentes. Erant enim onerosi labore, et fame confecti, ~~veluti legimus sequenti capite~~.

29. Tollite jugum etc. Mitis πρᾶος a πεpάω transeo transilis est. ταπεινὸς humilis a ~~[illegible]~~ ταπεινόω humilio, vel calco est etiam sententia nostra calcabilis. Fit porro hæc sententia. Tollite jugum meum super vos. et discite bene sperare de me: quippe transit mihi ad cor cura de vobis: et afficior maxime, quasi qui calcatur et premitur, amore vestri.

30. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. Leve ἐλαφρὸν quasi ferens tollentem, h. e. sustinens, et adjuvans per gratiam quicumque ad illud portandum se pie ac devote submittit.

Cap. 8 1 .. Deinceps faciebat iter (egressus ex urbe Naim) per civitates et castella, (quæ premiserat antea Apostolos) et cum duodecim illo, quos exceperat in Naim urbe, ut dictum est.

2. Maria quæ vocatur Magdalene. Prima hæc mentio Magdalenæ est in sacra historia. Sic enim a Magdalo castello dicitur. Non est illa igitur peccatrix de qua vidimus Cap. 40. Illa enim non in Magdalo agebat, sed in Naim civitate vitam peccatis obrutam. De peccatis Magdalenæ nihil constat in sacra historia, sed solum, quod septem dæmonia ejecta ab ea sunt. Et dæmones arripuerunt quandoque etiam infantes, in quos nondum propter ætatem suppiciis sceleris[illegible] ~~[illegible]~~ cadit, ut exemplo est illud apud S. Marcum cap. 9 v. 20. Ut scilicet intelligas non idem esse liberatum fuisse a septem dæmonibus, et absolutam a totidem capitalibus peccatis, ut vetustiores interpretantur.

Magdalum castrum apud Genesaream lacum distans a Tiberiade urbe quatuor mille passus in austrum.

alterq Lucq f. g c. 72.

. alterum secundum post pentecosten, et primum post institutionem apostolorum

Cap 12.

1 Discipuli vellunt spicas Sabbato.

Matth cap 12 v. 1. ad 8. Marci cap. 2. v. 23. ad 28. Luc. cap. 6. v. 1. ad 5

Matthæi Cap 12 v. 1. In illo tempore abiit Jesus per sata

Sabbato. Quonam sabbato S. Matthæus non definit. sed

S. Marcus dicit. iterum sabbatis, indicans hoc sabbatum

fuisse alterum ab eo, in quo gesta sunt, quæ apud

eundem præcedunt capite 1o videlicet sanatio paralytici

in domo Petri Capharnaum, et vocatio S. Matthæi ac

sequela ejus domini, et quæ gesta sunt ea die in domo S. — die in Sabbato

Matthæi. Incipit autem historia ejus sabbati in catena super

h. l. cap 6. S. Lucas vocat hoc sabbatum secundum — Adjungi. Nomen pro participio altero pro sequente

primum, ipse dicit ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ — Legitur ... sunt ... et

hoc est altero, vel sequenti primum, intellige statim se: — eorum in ... oratione ... et

quenti post illa quæ pariter apud eundem præcedunt — pedetentim per subsequentes ...

Cap 5 incipiendo a v 17. ubi designat temporis notam

ad quod hoc alterum sabbatum capite 6 subsequens referendum intelligamus

Et factum est, inquit, in una dierum etc hoc est

in eadem die primaria, ex qua sequentes numerantur

dictaque prima sabbati, secunda sabbati etc id est in quodam

sabbato Deindeque prosequitur et ipse sanitatem datam

paralytico in domo Petri. tum gesta de Matthæo, etiam

in domo Matthæi. nunc tandem acta refert alterius sabbati

videlicet proxime sub illud subsequentis; itque vocat secundum primum. Sabbatum

est autem in sabbato secundo primo Secundum cum

ratione numeri vertit Latinus interpres, cum δεύτερος

non modo numerum, sed etiam ordinem significat, inde

enim δεύτατος, non secundissimus, sed ultimus, vel

postremus. Fuit hoc sabbatum tertium a Pentecoste

Nam in sabbato Pentecostes sanavit languidum ad pro

baticam Cap 5. Altero sabbato sanavit Paralyticum

in domo Petri et egit apud Matthæum, hoc tandem

tertio cum fortasse pridie exisset ex urbe Naim, cum discipulis itinere;

fameque laborantibus concertat pro discipulis cum Pharisæis de quæstione legitima ut sequitur

ibidem. Discipuli autem ejus esurientes cœperunt vellere spicas. — et die etiam probabiliter præcedenti

Sumpta fortasse inde licentia, quod cap præcedenti dixerat,

~~...~~ v. 28. Venite ad me omnes qui laboratis,

et onerati estis, et ego reficiam vos. existimarunt ex

agro, tamquam ex communi Domini ac Dei sui mensa

posse paucillas spicas decerpere, quantum satis esset

ad præsentem modo famem depellendam, sine sabbati

offensa. Nam quantum ad materiam spicarum quas in alieno

campo meterent, utebantur verecunde ac licenter jure

scripto Deuteron. Cap. 23. v. 25. Si intraveris in segetem

amici tui, franges spicas, et manu conteres: falce autem

non metes

3. Non legistis, quid fecerit David etc. V. Doctores. Cap 21. Chrysost

Cum famis necessitatem ad satisfactionem attulerit, ab omni

crimine illos vindicavit.

4. Panes propositionis non licebat edere etc. Chrysostomus:

Quid ad propositum, inquies. Non diem sabbati David contempsit

sapientia Christi demonstratur, qui die sabbati prætermisso

aliud quoddam exemplum protulit ipso sabbato majus.

5. Aut non legistis in lege, quia sabbatis etc. Haec sententia sub iisdem verbis ubi nam scripta sit in lege, non apparet: sed colligitur eius vis a ritu universo Leviticorum, quia multo amplius in Sabbato sacerdotes operari consueverant in templo, quam aliis diebus: cum tamen non modo citra crimine essent, sed sua munera etiam officia exequerentur.

6. Templo major est hic. S. Hieronymus: Hic non pronomen sed adverbium loci est quod major templo sit locus, qui dominum templi teneat. Idem intelligendum quotiescumque dicendi eadem figura alibi occurrerit. Vide infra Cap. 46.

8. Dominus est enim filius hominis etiam sabbati. Quia idem est filius dei, ut abunde de utraque natura sua asseruit apud S. Joannem Cap. 5. in Catena h. l. Cap. 22.

Marci Cap. 2. v. 26. Sub Abiathar principe sacerdotum. Atqui 1. Reg. Cap. 21. v. 1. venit David in Nobe ad Achimelech sacerdotem. Respondeo, Achimelech fuit filius Abiathar ut legimus 2. Reg. Cap. 8. v. 17. Vel ergo exscriptorum vitio dependit una vox de textu, ita ut existimemus scriptum primitus fuisse: sub Achimelech filio Abiathar principe sacerdotum; vel Graecus textus ideo sufficit uti scriptum est: ἐπὶ τοῦ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως, quia primum articulum casus est prepositionis, et subsequens nomen proprium genitivus est substantivi, quod ad idem articulum intelligitur, quasi diceretur: sub eo Abiatharis principe sacerdotum; hoc est sub filio Abiatharis principe sacerdotum. Solent enim Graeci articulo uti ad significandum, patrem, vel filium, vel aliter propinquum eius, quem subiungunt genitivo casu. ~~[illegible]~~ Quandoque idem significant etiam sine ullo articulo. Sic S. Lucas Cap. 6. v. 16. Ἰούδαν Ἰακώβου, Judam Jacobi, intelligit fratrem.

27 Sabbatum propter hominem est, non homo propter sabbatum. Hic est magis secundum naturalem rationem est, ut salus hominis attendatur quam sabbati observatio. Itaque filius hominis necessitate postulante circa sabbati observantiam absolvit discipulos suos, quia etiam sabbati dominus est.

Cap. 23.

1. Sanat manum aridam.

Math. Cap. 12. v. 9. ad 13. Marci Cap. 3. v. 1. ad 5. Luc. Cap. 6. v. 6. ad 10.

Math. Cap. 12. v. 9. Et cum inde transisset venit in synagogam eorum. ~~in continuatione~~ ~~non multo~~ eorum Mutatur ~~locus~~, de agro in synagogam, ~~idem~~ ~~[illegible]~~ dominicae historiae tempore ~~idem~~ ~~[illegible]~~ de quo precedente capite. ~~[illegible]~~ ibidemque manens ~~[illegible]~~ fuisse gesta usque ad Caput 31. Describere [illegible]

10. Et ecce, homo manum habens aridam etc. S. Hieronymus. In Evangelio quo utuntur Nazareni et Ebionitae, quod nuper in Graecum de Hebraeo sermone transtulimus, et quod vocatur a plerisque Matthaei authenticum, homo iste qui aridam habet manum caementarius scribitur, istiusmodi vocibus auxilium precans: caementarius eram, manibus victum quaeritans, precor te Jesu, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos.

[illegible]

Cetera cetera l. [illegible]

Cap. 44.

Pharisæi et Herodiani etc.

Matth. Cap. 12. v. 14. ad 21. Marc. C. 3. v. 6 7. 8. Luc. C. 6. v. 11

Matth. c. 12. v. 16. Et præcepit eis, ne manifestum eum facerent.
~~Et præcepit eis~~
h. e. ne altioribus clamoribus plauderent. propterea citat
ex Isaia illud Cap. 42. a v. 1. ad 4. v. 2. non clamabit
etc. est non permittet de se clamari, neque tollet plausum,
neque audiri faciet vocem de se.
21 Et in nomine ejus gentes sperabunt. Sic versio Septuaginta.
Vulgatus et legem ejus insulæ expectabunt.
Marc. Cap. 3. v. 6 Pharisæi cum Herodianis etc. Herodiani sunt
ministri Herodis a quo consilium et opem hinc neque
Pharisæi in Galilæa implorare cæperunt contra Dominum
juxta illud oraculum Ps. 2. v. 2. Astiterunt reges terræ,
et principes convenerunt in unum adversus Dominum et
adversus Christum ejus.

Cap. 45.

Matth. Cap. 12. v. 22. ad 37. Marc. Cap. 3. v. 9. ad Luc. Cap. 11. v. 14. ad 23.
Hæc apud S. Lucam longius removentur a præteritis, sed
nulla notæ temporalis mandantur; incipit enim Cap. 11. v. 14.
Et erat ejiciens dæmonium etc. cum quæ præcesserant
lecta sint ex Cap. 9. Constat clarius horum continuatio
apud S. Matthæum, uno filo, quæ præcesserant, contingens.
Etiam S. Marcus continuationem eandem facit, quam S.
Matthæus, sed in media horum narratione tamen a v. 13
ad 19. permiscet res alterius temporis, quæ scilicet pertinuerunt
supra ad Cap. 29. Idem vv. 20. et 21. ea dicit,
quæ manifeste pertinent ad ultima incepta hujus
totius historiæ, quæ in catena nostra non absolvitur,
nisi tandem cum fine capitis subsequentis. Incipit
autem subsequentis historia per S. Marcum; ut intelligas:
Dominum, postquam manum aridam in synagoga
sanasset, egressum esse de synagoga: simulque egressos
Herodianos cum Pharisæis; post hæc circa eundem
affluxisse turbas; earumque frequentiam stipatum
ad maritimam devenisse: ibi de more cymbula Petri
usus pro suggesto, ex illa turbas docuit per littoralem
multorum circumfusas
Matth. Cap. 12. v. 23. Numquid hic est filius David? Ille scilicet, de quo
sæpius prophetæ præclara cecinerant puta Isaias, de quo
quo Cap. præcedenti præclarus locus recitatus est ex
Capite 42. ejusdem prophetæ. Non enim vecors illa plebs
adhuc inducebat in animum, quod Apostoli jamdiu
crediderant usque a Cap. 2. illum esse filium Dei.
v. 26. Et si Satanas etc. v. 27. Et si ego etc. Et stat ibi pro Ergo,
estque nota concludendæ argumentationis Filii vestri
h. e. homines vestrates, Apostoli scilicet, per quos signa
eadem jam ab illorum institutione facere inceperat. Ideo
ipsi judices vestri erunt. Nam quoniam de vestro genere
sunt, et ejusdem legis, ac disciplinæ, non est dubitandum quia
in illis et testes magnæ virtutis, inquit, habeatis, et vestræ
nequitiæ.

Catena Luc. c. 15. c. 45

28. Si autem in Spiritu dei. S. Lucas: in digito dei.
Græce ἐν δακτύλῳ Θεοῦ. δάκτυλος a δείκω ostendo
vel indico, est quasi in indicio, vel ostensione dei.
Ideo pervenit in vos regnum dei h. e. ergo regnat super
vos Deus: et ego sum Deus, qui habeo in dæmones
imperium, et ita regno, ut eiiciam eos.
30 Qui non est mecum contra me est. et qui non colligit
mecum spargit. Iudæos denotat, ut observat Chrysostomus
Qui, inquit, ad me non accedit per fidem, adversarius
meus efficitur. et quia de fructibus non metet, quibus fideles
mei ditabuntur, ideo conatus omnes suos inutiliter proiiciet,
et ita sine fructu defluet.
31. Spiritus blasphemiæ non remittetur. Spiritus blasphemiæ,
vel blasphemia in spiritum sanctum est blasphemia
conspirationis, qua scilicet multi conspirant ut coniuncto
consensu ad blasphemandum hoc est ad errandum, vel nocendum in verbo concurrunt. Dicitur autem
verbum vel blasphemia in Spiritum sanctum, quia est
conspiratio blasphemantium contra sententiam eorum,
qui coniuncti sancte veluti uno spiritu sententiam
orthodoxam tuentur. Talis erat blasphemia Iudæorum,
quoniam dicebant, teste S. Marco [illegible]. quasi uno ore
coniuncti ad seducendam plebem: Spiritum immundum
habet. Iidem nunquam desierunt obtrectare de domino
apud populum semper zizania spargentes in agro veritatis.
Talis est fere culpa hæresiarcharum omnium. [illegible]
etiam habere a remissione alienam videmus. Sermo eorum
ut cancer serpit 2. Timoth. Cap. 2. v. 17. Ubi subiungit
Chrysostomus: Morbus utique horrendus, et qui medicinam
contemnit, neque se in sui, sed omnia in dies corrumpit, ac permeat:
ideo nullum ei remedium valet adhiberi. Ostendit (Apostolus)
per hæc eos corrigi, emendarique non posse, qui sponte
a veritate aberrarunt.
33. Aut facite arborem bonam etc. S. Hieronymus. Si, inquit,
diabolus malus est, bona opera facere non potest. Si autem
bona sunt, quæ facta cernitis, sequitur, ut non sit diabolus
qui ea fecit.
34. Progenies viperarum etc. Concludit: Opera mea bona sunt;
ergo ego bonus sum: opera vestra mala sunt, etenim
male loquimini de me, cum os loquatur ex abundantia
cordis; ergo non ego malus, sed vos estis. Malus parentes
Iudæorum sub allegoria viperarum designat auctores
nequissimarum traditionum, quarum finis erat irritum
facere mandatum dei Matth. Cap. 15. v. 16
35. Bonus homo de bono thesauro etc. Sicut pecunia promi
non potest, nisi quæ et qualis in thesauro est: sic actiones
hominis bonæ, vel malæ sunt, prout bonus intus in corde homo
et in animo, vel malus est.
36. Omne verbum otiosum etc. Nullum opus malum tam exiguum
est, puta vel unum quodlibet verbum otiosum, cuius non
debeat quisque rationem in Dei iudicio reddere. S. Hieronymus
otiosum verbum est, quod sine utilitate loquentis dicitur, et
audientis [illegible] sermus. De rebus frivolis loquimur, et fabulas

narremus antiquar. Eternum qui scurrilia replicat, et cachinnis ora dissolvit, et aliquid profert turpitudinis, hic non otiosi verbi, sed criminosi tenebitur reus.

37 Ex verbis tuis etc. Proverbium hoc, aliaque similia in Scripturis, valet ad multa. Nunc quasi diceret: verba et sermo materia sunt tum iustitiæ et laudis, tum iniustitiæ, et peccati amplissima.

Cap. 76

1 Rogatur signum de cælo etc.

Matth. Cap. 12. v. 38 ad 50. Marci Cap. 3. v. 31. ad 35. Lucæ Cap. 11. v. 16. et 29. ad ...

In proposito Capite quis ordo rerum, et continuatio quæ sit, ostendit S. Matthæus ~~sancti Marcus et Lucas res~~ ~~aut~~ easdem, ~~aut adiunctas rebus scripserunt quas etiam S. Matthæus, sed methodo penitus varietate~~ ~~cum ordini, ut quæ a Domino olim dicta fuerant scriberent; sed quia S. Marcus dictante S. Petro scribebat, qui res Domini et dicta curabat~~, historiæ lege ~~na~~ ~~parrent; S. Lucas autem scribebat~~, quæ sparsim ~~ab aliis accepta, quæ non viderat~~, ideirco labor est ut ~~ab illis translatae extra suum locum vel pretermitter~~ ~~apponantur~~. Tamen S. Matthæus satis significat accurate continuationem rerum et seriem usque ad finem capitis 12. continere, quoniam circa finem v. 46 dicit. Adhuc eo loquente ad turbas etc. Significat enim per ea verba, ea quæ præcesserunt a v. 22. ad ... hæc ad unam actionem pertinere. Quæ cum ita sint, necesse est ad hunc locum spectare illa etiam, quæ ex aliis Evangelistis huc traducta sunt; nemo enim non videt, quam penitus sint consona, et una cum illo S. Matthæi.

Matth. c. 12.

38. Volumus a te signum videre. S. Hieronymus: in alio Evangelista quid petant plenius explicatur volumus a te signum videre de cælo. (Marc. c. 8. v. 11.) Vel in morem Eliæ (4 Regum c. 1.) ignem de sublimi venire cupiebant: vel in similitudinem Samuelis tempore æstivo contra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere (1 Reg. cap. 12): quasi non possent et illa calumniari, et dicere ex occultis, et variis passionibus accidisse. Nam qui calumniaris ea, quæ oculis vides, manu tenes, utilitate sentis, quid facturus es de his quæ de cælo venerint? Utique respondebis et Magos in Ægypto multa signa fecisse de cælo. Quoniam scilicet Dominus coram illis multa signa ostenderat, quibus adigerentur ad credendum, et illi credere renuebant, quasi id irrationabiliter fecerant, postularent et nunc et deinceps sæpius, ut ille arbitratu eorum signa faceret, quasi vera signa non essent, nisi ad eorum voluntatem, et libidinem facta fuissent. Si quis semper erat desid. Cap. 6. v. 26. Non tentabis Dominum Deum tuum ... a Domino in sequentem ... ~~illum alterum~~ signum ... Cap. 51. sed ad illud videndum superbos illos, qui petierant, non dignatur admittere

40 [illegible] *filius hominis in corde terræ tribus diebus*, et tribus noctibus Tribus enim diebus fuit Dominus in sepulchro, ut inquit S. Hieronymus, non quod omnes tres dies, et tres noctes in inferno Dominus steterit, sed quod parte parasceves, et dominicæ, et tota die sabbati tres dies, et totidem noctes intelligantur. Itaque de tribus diebus, castus Noctium numerationem incipiebant Judæi a media nocte. Fuit autem Dominus in sepulchro in nocte feriæ sextæ exeuntis, tum duas [illegible] dimidias noctes ad sabbatum pertinentes, videlicet noctem sabbati ineuntis, et deinde sabbati exeuntis, quæ duæ partes una non [illegible] simul sunt, itemque sepulturæ [illegible] [illegible] noctis primæ sabbati, in qua resurrexit, proindeque [illegible] vere tres dies, hoc est, temporis spatium trium per partes, [illegible] etiam tres noctes

41 [illegible] *in Judicio* cum [illegible] apud Jonam [illegible]

42 *Regina Austri* etc. De hac I. in Reg. Cap. 10

43 Cum [illegible] spiritus exierit ab homine ambulat per [illegible] [illegible] requiem [illegible] [illegible] Christus [illegible] [illegible] blasphemia multis argumentis: 1.° ostensione [illegible] [illegible] quod [illegible] non posset satanam eiicere 2.° comminatione [illegible] quia blasphemia in Spiritum sanctum neque in hoc sæculo remittitur, neque in futuro, 3.° comparatione [illegible] futuram conditionem Judæorum deteriorem quam Ninivitarum, et reliquorum Gentilium: nunc 4.° idem præstat comminatione futurum ut iidem a diabolo possiderentur multo calamitosius, quam ille ipse, vel illi potius ipsi, a quibus paulo ante spiritus immundos ejecerat Cap. 45. *Cum inquit* [illegible] *spiritus exierit ab homine*, cujusmodi ille est quem [illegible] paulo ante a me vidistis expelli, *ambulat per loca arida*, quia torquetur igne, qui infra Matth. Cap. 25. v. 41. dicitur *paratus diabolo, et Angelis ejus*, *quærens requiem et non invenit*, quia ut in psalm. scriptum est [illegible] *peccatorum peribit*

44 *Tunc dicit*, hoc [illegible] [illegible] *revertar in domum meam, unde exivi*. [illegible] [illegible] diceret: Vidistis spiritus [illegible] [illegible] [illegible] homine. Spiritus illi mali [illegible] desiderant, ut possint iterum in homines introire quos vexent. *Et veniens invenit eam vacantem scopis mundatam, et ornatam*. Fiet ergo, inquit, ut vos in eorum potestatem redigamini. Neque prodest vobis quidquam vestra illa apparens, sed falsa pietas, vel potius hypocrisis, qua similes estis domui scopis mundatæ, exornatæ, et ornatæ. Hæc enim [illegible] facit dæmonibus majorem voluntatem ut [illegible] [illegible] vestra religione quasi pulchrius, et ornatius habitent.

45 *Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum nequiores* [illegible] *et intrantes habitant ibi: et fiunt novissima hominis illius* [illegible] *prioribus*. Ut, inquit, autem ita vos apprehendant, ut illorum synagogam expellere non possitis, venient in vos septem pro singulis, qui ante id temporis in hosce homines [illegible]. Ita erit tanto deterior calamitas vestra, quam fuit præcedentium id temporis. *Sic erit generationi huic pessimæ* [illegible] ergo scribæ illi, [illegible] et Pharisæi post eam diem [illegible] [illegible] [illegible] et traditi diabolo in potestatem [illegible] [illegible] [illegible] incidere aliquis in diaboli potestatem [illegible] quantum [illegible] externam vexationem, ut Job, qui tentatus est, ut pateat [illegible] magis ac magis [illegible], et laudaretur. [illegible]

per peccatum. Ut enim ad Rom. Cap. 6 v. 16 [illegible]
eius cui obedistis. 3.° in pœnam peccati. Ob id in septem
viros, quibus nupserat Sara habuit potestatem dęmonium
super eos, et occidit illos. Tobię Cap. 6. vv. 14. 17. Quarto
ut in deterius probabantur. Ita post buccellam introivit
in (Iscariotem) Satanas et dixit ei Iesus: Quod facis, fac citius.
Ioannis Cap. 13. v. 27. Quinto per surreptionem mentis, et
animi et sensuum ut passim in energumenis. Itaque
etiamsi non Iudęi omnes post id temporis facti sint ener-
gumeni, tamen multo deterius quam illi ipsi Energumeni,
quos Dominus ab immundis spiritibus liberaverat a
dęmonibus vexati sunt, primo quia inducti sunt in teterrimum
omnium peccatorum, ut Dominum vitę morte afficerent,
secundo propter certam, et inevitabilem sortitionem extremę
plagę, quam subierunt et in hoc sęculo exterminati a
sua terra, et in futuro in inferno.

46. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Mater etc. Credibile est
matrem illius sanctissimam, cum vidisset magnam concitationem
utrimque susceptam, illinc Domini, hinc Scribarum, et Pharisęorum,
[illegible] illam dirimere, cum interim doloris gladius eam
pertransiret iuxta Simeonis prophetiam quę Cap. 2. v. 35
et providerit animo turbarum tantarum quis evadere tandem
posset exitus

48. Quę est mater mea, et qui sunt fratres mei? Hoc est
[illegible] simile, quod olim apud S. Lucam Cap. 2. v. 49
Quid est quod me quęrebatis? nesciebatis, quia in his quę
Patris mei sunt oportet me esse? Videlicet, gero, inquit
matris curam, et fratrum meorum, sed quatenus? hoc v. sequenti

50. Quicumque enim fecerit voluntatem etc. Id est quatenus
et mater mea, et fratres faciunt voluntatem Patris mei qui
in cęlis est. Quod si discipuli hi mei, inquit, Patris mei vo-
luntatem faciant, illorum eadem cura est mihi, ac matris,
et fratrum. Et quia faciunt, vel facturos se ostendunt,
quod et mater mea egregie facit, et fratres mei non
[illegible] faciunt; cum his versor ut faciant, matrem
[illegible] egregie facientem, fratres moneo, ut facere instituant.
Post hęc illud plane contigit quod S. Lucas
scripsit Cap. 11. vv. 27. 28. quod vide in [illegible]
Patet enim illa dicta fuisse tanquam consequentia
post hęc hactenus. Tunc autem morem gerens matri
sanctissimę venit Dominus Sui autem hoc est fratres secundum cognationem carnalia
qui nondum credebant in eum eo dementię devenerunt,
ut exirent tenere eum, dicebant enim: quoniam in furorem
versus est. Marci Cap. 3 v. 21

Cap. 47

1. Exit de domo
2 Loquitur parabolas Matth cap 13 v 1 ad 9 Marci Cap 4. v. 1 ad 9 Luc cap 8 v 4 ad 8.

Quando id contigerit, quod in hoc capite ex Evangelistis adfertur
[illegible] S. Matthæus Cap 13. v. 1. inquit enim: in illo die
Itaque ~~[illegible]~~ matutinæ quæ præcesserunt, quæ subsequuntur
vespertina et pomeridiana sunt. Circa vero has parabolas
tria sunt observanda. nam aliæ parabolæ dictæ sunt ad
multitudinem. tum eædem explicatæ sunt domi electis
discipulis tum aliæ domi adiunctæ ad priorum ampli
ficationem et perspicuitatem. Hæc tria apud Evangelistas
permixta leguntur. Ego secerno singula: et primum
propono parabolas dictas multitudini, tum domesticam
interpretationem, ~~et~~ tum hanc adiunctam appendicem illarum
parabolarum, quæ priorum adiuvant intelligentiam.

Matth. 13 v
3. Et loquutus est eis multa in parabolis. Ante id temporis si
[illegible] parabolas. id faciebat ad rerum quas docebat
maiorem illustrationem; nunc ut infra v. 11. quæ legitur in Catena cap.
50. quia nosse mysteria regni cælorum illis non est datum.
contumelia enim matutina eos effecerat dono tanto indignos
Quatuor autem parabolarum quas dixit multitudini, una
illa vis est, ut ostendat ob oculos divinam œconomiam circa
illos qui salvantur
[illegible] seminat seminare semen suum [illegible] seminat et
4. Et dum ~~seminat etc.~~ Hæc parabola est maxime generalis
et figurat generalem illam Dei benignitatem, qua vult omnes
homines salvos fieri. fit autem per varia ratione excipientium
semen ipsum divinæ gratiæ, ut aliqui salventur, aliqui
non salventur.

Cap. 48.

Matth. Cap. 13. v. 24. ad 30. Marci Cap. 4. v. 26. ad 29
[illegible] parabola minus est generalis, quam prima. Ostendit
[illegible] non salvantur propter propriam
negligentiam, quam profert diversa ratio eorum excipientium
semen Dei in parabola præcedenti, alios item permittit
deperdi a salute propter externas malorum occasiones, [illegible]
humani generis ex iis etiam qui bona sunt indole, et videntur
in agro bono seminati multos reducit in perditionem
Parabola hæc apud S. Matthæum exhibetur cum duplici
[illegible] nempe seminis et boni, et zizaniorum. S. Marcus
[illegible] boni tantum seminis, quasi ostendat,
[illegible] non omnes salvari, etiamsi
[illegible] parabola [illegible] percipiant ~~[illegible]~~ aliquid, dum non
semen [illegible] gratiæ [illegible] est in Ecclesia; quasi magnam
[illegible] in agro bono [illegible] in sola ecclesia Dei
[illegible] parabola ~~[illegible]~~ in salutem, sed S. Matthæi parabola præterea significat eos etiam qui sunt in agro Ecclesiæ
[illegible] homines in salutem seminati non omnes salvari? non enim salvantur qui communicant opera [illegible]

Cap. 49.

Matth. Cap. 13. v. 31. ad 35. Marci Cap. 4. v. 30. ad 34
Tertia parabola et [illegible] est multo magis particularis
quam præcedentes, et ~~[illegible]~~ figurat solos electos: docens
~~[illegible]~~,
ad minimum [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] melior, et incrementa
virtutum faciamus. Quarta docet modum quo certam nostram
vocationem et electionem faciamus, cum scilicet Dei fermentum,
ac donum fidei satis tribus abscondimus, hoc est

[illegible] Lucæ 1. 4. [illegible]

in omnibus attributis et officiis communicemus omnia, operantes in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris.

Matthæi Cap. 13. v. 35. Aperiam in parabolis etc. ps. 77.

Cap. 50.

Diversis parabolis.

Matth. Cap. 13. v. 10. ad 23. et 36 ad 52. Marci Cap. 4. v. 10. ad 25. Lucæ Cap. 8. v. 9. ad 18.

Matth. Cap. 13. v. 14. Et adimpletur in eis prophetia Isaiæ etc. Isaiam vide Cap. 6. v. 9. Videbitis et non videbitis βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε videntes et non cernatis, videatis oculis, species rerum non distinguatis, neque intelligatis.

15. Ne quando videant oculis etc. est quasi diceret: Quia nunquam videbunt oculis, et auribus audient, et corde intelligent, et nunquam convertentur ut sanem eos. Ipsi enim (notat Chrysostomus) seipsos intelligentia vera privarunt, qui aures obturarunt, qui oculos clauserunt, qui corda obduraverunt. Videtur [illegible] rationem [illegible] quod

17. Multi prophetæ cupierunt videre etc. Subiungit Chrysostomus: Adventum scilicet meum, præsentiam, miracula, vocem, prædicationem. Fide illi etiam intuiti hæc fuerunt, sed isti multo clarius omnia perspexerunt.

19. Omnis, qui audit verbum Dei, et non intelligit h. e. considerat, vel attendit. Tales omnes ethnici, qui si aliquid de verbis salutis intelligunt, vel audiunt, penitus negligunt, quia sunt extra lineam Ecclesiæ

20. [illegible] gaudio accipit illud. 21. Non habet autem in se radicem etc. Tales erant turbæ, quæ eum audiebant, nam utcunque illum magno studio sequerentur, tamen vix ex illis aliqui paucissimi pervenerunt ad perfectam fidem cum propter insitam inconstantiam, et duritiem cordis, tum propter dissensionem Pharisæorum. Tales si omnes, quos extimulat interna charitas ad fidem, et virtutem amplectendam, sed gravis formidines deterrent.

22. Qui autem seminatus est in spinis etc. Non terrores modo, sed curæ etiam sæculi longe plurimos a fide avertunt suscipienda, et si susceperint efficerunt sine fructu, quia fidem bonis operibus non adjunxerunt.

23. Qui vero ~~seminatus est~~ in terram bonam seminatus est, hic etc. S. Lucas: hi fructum afferunt in patientia ἐν ὑπομονῇ hoc est in permanentia, vel in perseverantia. Afferunt, inquit, intellige afferre solent vel possunt; nam recepti in terram bonam Ecclesiæ soli salvantur, sed non adhuc omnes: salvantur autem, si in fide, et bonis operibus perseveravit

41. Colligent de regno ejus omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem. Scandalum hoc loco peccatum est, hoc est declinatio a justitia, et res eadem quam infra dicit iniquitatem.

43. Tunc fulgebunt justi sicut sol. Danielis Cap. 12. v. 3. Qui autem docti fuerint fulgebunt, quasi splendor firmamenti: et qui ad justitiam erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Simile illud Sapientiæ Cap. 3. v. 7. fulgebunt justi et tanquam scintillæ in arundineto discurrent.

a S. Marco afferebatur in catena superiori Cap. 4. inquit enim Cap. 4. v. 33. Parabolis loquebatur prout poterant audire. Videtur enim [illegible] non ideo parabolas loqui instituisse, ut non intelligerent. [illegible] Tamen [illegible] S. Marci est, prout ferre poterant Dominum audientes. Cum enim præcedenti [illegible] admodum in eum exasperati fuissent; multo ægrius eundem tulissent, si aperta oratione minus terribiles eis loquutus fuisset, quæ sub illis parabolis continentur. Agit enim de prædestinatione sanctorum, qui ad eum accessuri erant per fidem, et de exterminatione perfidorum et malorum a Regno cœlesti.

E da [illegible] Tirolano nel opera [illegible] del P. [illegible] contra [illegible] pag. 100.

[illegible]

l. 07 [illegible] Matth. [illegible] in [illegible] parabolas [illegible] quantum [illegible] verbum [illegible]

44. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito etc. Verbum Dei [illegible] regnum cælorum comparatur thesauro abscondito in agro; quia sapientia Christiana non passim invenitur in orbe terrarum, non [illegible] in gentilitate, non in [illegible] et [illegible] observationum legalium, et synagogæ, non in [illegible] in obstinatam et [illegible] [illegible] et sibi soli indulgentem, sed in solo agro Ecclesiæ [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] in terra [illegible]. Hunc thesaurum invenit homo, et non aliter consequitur [illegible] non [illegible] et [illegible] et [illegible] non ars et industria humana facit Christianum, sed occurrens spontanea Dei gratia et benignitas.

[illegible] simile est regnum cælorum homini negotiatori etc. Chrysostomus: [illegible] [illegible] margaritæ [illegible] inter se [illegible].

[illegible] Simile est regnum cælorum sagenæ etc. 48. quam cum etc. 49. [illegible] in consummatione etc. [illegible] hujus parabolæ est, ut intelligerent Apostoli, et [illegible] Judæi, [illegible], et quicumque [illegible] ad fidem, non satis esse ad æternam salutem [illegible] [illegible] etiam [illegible] Dei manu in Ecclesia et in Evangelii regni, quasi in sagena illa mystica fuerit collocatus, nisi [illegible] quod [illegible] S. Petrus Ep. 1. c. 1. v. 17. Si Patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum judicat secundum uniuscujusque opus: in timore incolatus vestri tempore conversamini. Quare [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] igitur in [illegible] [illegible] in [illegible]

51. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei etiam. 52. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus etc. Si ergo, ut inquitis, hæc omnia intelle[xistis] [illegible] [illegible] ut vos in regno cælorum [illegible] [illegible] doctores [illegible] [illegible] autem doctrinam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], vel audiet, vel videris [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de thesauro suo [illegible] [illegible] et [illegible]

[illegible] et [illegible]

[illegible] Numquid venit lucerna, etc. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] se magna [illegible] parabolarum, [illegible] [illegible] doctrina est [illegible] [illegible] [illegible] non sit, nullius usus est [illegible] [illegible] [illegible] quod occultatur, sed quod [illegible] [illegible] videatur.

[illegible]

23. Si quis habet aures [illegible] audiat. Attendite ergo [illegible] [illegible] Videte ergo quomodo audiatis [illegible] [illegible], ut intelligere recte possitis.

24. [illegible] mensura etc. h. e. Nam qua diligentia, cura, [illegible] eadem et majori etiam copia remetiar [illegible] ut plura et majora discatis. Nam qui capit, [illegible] [illegible] discendi est. [illegible] sententiæ proverbiales [illegible] etiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Cap. 51.

iurat [illegible] mare

Matth. Cap. 13. v. 32. et Cap. 8. v. 23. ad 27. Marci Cap. 4. v. 35. ad 40. Luc. Cap. 8. v. 22. ad 25.
Continuandi rationem suppeditat deinceps S. Marcus, quippe
qui ad sequentia transitum, Auctor est, haec facta fuisse [illegible]
die eadem ac praecedentia. Inquit enim Cap. 4. v. 35. [illegible]
Et ait illis in illa die cum sero factum esset: Transeamus
contra [illegible] et deinceps transitum ostendit, et transeamus
modum, ut patet [illegible] Transfretat autem
cum sero factum esset, hoc est cum horae sabbatico jam
pertransissent. [illegible] praecesserat, [illegible]
historiam ex Cap. 4. 2. continuavimus
Marci Cap. 4. v. 36. Assumunt eum ita ut erat in navi. Hoc
est, eum assumunt, sine alio apparatu itineris, sed in eo
simplici usitatoque vestitu, quo diem praecedentem egerat. [illegible] et Hieronymus in Matthaeum majestatis conditionis quae
[illegible] nec dum habebat fidem. Chrysostomus [illegible] apud nos insensibilia [illegible] sunt. [illegible]
4. Quid timidi estis [illegible] quasi sentiant imperium, faciunt verbum eius.
in Matthaeum: Illud non convenienter de ipso habere opinionem
declarabat, quod vigilantem posse tempestati resistere non dic-
ebant, dormientem vero minime.

Cap. 52.

1. Liberat hominem a Legione daemonum
Matth. Cap. 8. v. 28. ad 34. Marc. Cap. 5. v. 1. ad 21. Luc. Cap. 8. v. 26. ad 40
[illegible] sequitur [illegible] pertransos factum quae continuatur
post id quod praecessit anteriori capite apud tres eosdem
Evangelistas
Matth. Cap. 8. v. 28. Et cum venisset trans fretum in regionem
Gerasenorum. S. Hieronymus [illegible] Gergasa
civitas trans Jordanem juxta montem Galaad quam tenuit
tribus Manasse. Et haec esse nunc dicitur Gerasa urbis insignis
Arabiae. Quidam autem ipsam esse Gadaram existimant [illegible].
[illegible] Regio [illegible]
et Evangelium meminit Gerasenorum [illegible] a Gergesis, quos inter
eorum olim Gergesaeorum [illegible] perdere voluit Deus
septem Chananaeis. His nationes [illegible] extirpare [illegible]
Deuter. Cap. 7. v. 1. sita est trans Jordanem, et trans [illegible]
Genesareth. Syrus, et Graecus apud Marcum et Lucam vocant
Gadarenorum regionem: quia Gerasa alio nomine vocabatur
Gadara, cuius meminit Josephus l. [illegible] ~~bello Cap. [illegible]~~
~~[illegible] et Hieronymus de locis hebr. et [illegible]~~
antiquit. ~~Cap. [illegible] et Hieronymus de locis~~ Gergasa, dein Gentilibus
de [illegible] Gentique a Caesare donata Graecis, dein Gentilibus
ut ait Josephus, ut mirum non sit, tantam illic porcorum
copiam repositam
[illegible] Daemones egressi de monumentis occurrunt. Alii Evan-
gelistae unum dicunt: sed hi in plurali numero etiam
S. Matthaeus etiam illo unus continetur. Chrysostomus: Sed
[illegible] quem videlicet perniciosam [illegible]
hominem agere [illegible] conantur, quos Romanum [illegible]
[illegible] daemones [illegible] verbi [illegible]
[illegible] erat, et puerorum historiae. Hic eam causam subiungunt,
quod [illegible] specie amarent torquere exergumenos, vel
quod ipsi tanquam plerumque ministri mortis hominum
delectantur iis locis, in quos tandem vitam eorum redigunt,
quos inciderint, [illegible] acciderint

24 Venisti huc ante tempus torquere nos. Ante tempus inquiunt, id est supremi judicii, tunc enim norant futurum ut perfecte et penitus ille omnia sibi et Patri subjiceret; nunc autem non desinebat cursus seculorum procurrere. Torqueri autem se dolebant tripliciter: praesentia Christi, imperio, et exterminatione. Nam ut alii evangelistae explicant. dicebat: Exi spiritus immunde ab homine.

31. Mitte nos in gregem porcorum. ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν, permitte nobis abire etc. S. Augustinus l. 1. contra Adversarium legis et Prophetarum cap. 20. Hanc potestatem Deus bonus occulta nobis justitia daemonibus dare potest, iniuste non potest. Justissime sedit, quia in ea regione fuit hominum scelesto, et impio per usum porcorum lex magis procul. cabatur, cum antiquo jure civitas illa ad tribum Manasse Israeliticam pertineret. Idcirco impia et profana gens subintroducta porcorum jactura meritissima mulctata est.

34. Rogabant ut transiret a finibus eorum. Rogarunt ut exiret mutante mala eorum conscientia. Veriti sunt enim in aliis multis capitibus, ac generibus rerum, se posse jacturam facere, si Dominus apud illos judicaret.

Marc. cap. 5. v. 19 Et non admisit eum. Hinc factum videtur, ut qui aliquando afflictione diaboli vexatus est a sacra ordinatione abstineri debeat cap. maritum dianum a [illegible] dist. 33. et cap. Clerici 4. dist. eadem praecipiatur: Clerici qui in adolescentia a daemonibus cognoscuntur obsessi ad superiorem sacri regiminis gradum ascendere non possunt.

20. Et coepit praedicare in Decapoli. Tirinus in Lucam: Quia Gerasa alio nomine Gadara etiam [illegible] terrae una erat ex urbibus Decapoleos, quae us. ei trans Jordanem extendebatur

~~Sabbatum tertium post pascha~~ : [illegible]

Cap. 80.

[illegible] reditus Nazarethum in patriam

Matth. Cap. 13. v. 54 [illegible]

Silent post haec Evangelistae quae Dominus gesserit usque ad sequens sabbatum. Venit interim Nazareth in patriam. Duplici testimonio id confirmat S. Matthaeus. Nam cap. 9. v. 1. postquam praecedenti capite narrasset miraculum apud Gerasenos factum mox subjicit: Et ascendens in naviculam transfretavit et venit in ~~patriam~~ civitatem suam. Et iterum cap. 13. vv. 53. 54. post parabolas quae in catena absolutae sunt cap. 52. subjungit: Et factum est cum consummasset Jesus parabolas istas, transiit inde: et veniens in ~~synagoga~~ patriam suam docebat eos in synagogis eorum. Inter haec tamen cur duo capita illa in catena substituerim, ubi agitur de mari pacato, et de signo in Gerasenis dixi cap. 80. Fit igitur reliquum ut redeuntes ad filum a S. Matthaeo continuatum subjungamus reditum Domini Nazareth in patriam suam. Nam quae inter ~~haec~~ et principium capitis manifestam dantem [illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ quorum ordinem perverterunt alii [illegible] est, et si perpensam connectas synopsin facile cognosces, quo sint emendata, et qua ratione.

[illegible] daemonium [illegible] reditum [illegible] cap. 9. S. Matthaei inter cap. 8. a v. 28 et infra, et

[illegible] l. 8 [illegible]

Marci Cap. 6. v. 2. Et facto sabbato et. sive sabbatum erat quintum a Pentecoste a qua incipit numeratio Cap. 22.
[illegible] Matth. Cap. 13. v. 57. Et scandalizabantur
in eo. Hoc est: varie [illegible]bantur, ac dubitabant quid
[illegible] de eo.
~~Marci Cap. 6. v.~~ Et scandalizabantur de illo. Varie dubitabant
[illegible]
v. 5. Et non poterat ibi virtutem ullam facere. Non poterat propter
[illegible] enim [illegible], et incredulitate eorum ne multas virtutes
faceret

[illegible] 54

I. Secunda missio Apostolorum

Marci Cap. 6. v. 7. ad 13. Luc. Cap. 9. v. 1. ad 6.

Deinde apud S. Lucam post ea quæ Cap. 52. legimus congruenter Sanctis Matthæo et Marco ibidem quod sine descriptione certi temporis Cap. 8. in suo textu illa subsequitur de resitutione in vitam filiæ Jairi, v. 41. ad finem capitis, ~~statim principio novi Capitis illa~~ quæ vel in hac Catena supra nos libro lecta est Cap. 20. sicam post [illegible] ille omnis Marco concorditer describens continenter emissionem [illegible] Apostolorum. Propterea hoc [illegible] contingit, [illegible] nihil [illegible] Matthæus et nihil S. Joannes.

Marci Cap. 6. v. 8. Præcepit eis, ne quid tollerent in via [illegible]
~~[illegible]~~ v. 13. Et ungebant oleo multos ægros, et sanabant.
[illegible] Tridentinum Sess. 14. Cap. 1. in doctrina de Sacramento extremæ unctionis, [illegible] est sacra [illegible] tanquam vere et proprie sacramentum novi testamenti a Christo Domino nostro apud Marcum quidem insinuatum, per Jacobum autem Apostolum ac Domini fratrem fidelibus commendatum ac promulgatum. Insinuatum ~~[illegible]~~, inquit, ~~[illegible]~~ apud Marcum, hæc enim quæ in textu proposita est, vera fuit huius sacramenti institutio; commendatum autem ac promulgatum a S. Jacobo, quia ille docuit in Epistola quo ritu sacra unctio infirmorum deberet peragi, et quo [illegible] inquit Cap. 5. v. 14. 15. Infirmatur quis in vobis: Inducat presbyteros ecclesiæ, et orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini: et oratio fidei salvabit infirmum: et alleviabit eum Dominus: et si in peccatis sit, remittentur ei.

Hoc est [illegible] Nam [illegible] ambularent in via, neque [illegible] intelligas Nihil [illegible] ut fratris virgam [illegible] Non enim hæc penitus prohibet, sed vetat [illegible] sollicitudine accurare.

Cap. 55.

1. Herodes tetrarcha audit famam de Domino.
2. [illegible] Joannis Baptistæ.

Matth. Cap. 14. v. 1. ad 12. Marci Cap. 6. v. 14. ad 29. Luc. Cap. 9. [illegible]

Post hæc tres partim [illegible] tres Evangelistæ Matthæus, Marcus, et Lucas subiungendo Herodem tetrarcham audisse famam de Jesu, et opinionem eum cepisse de Jesu, esse eundem a Joanne Baptistam, quem decollaverat. Ex quibus duo intelliguntur: primo hanc opinionem [illegible] cepisse in Herodem circa hoc ipsum temporis in quo [illegible] historia Domini consistit, videlicet cum discipuli nunc [illegible] ab eo mitterentur: secundo aliquanto Domini iterum ab eo mitterentur; secundo aliquanto ante id temporis Joannem fuisse decollatum. Non enim famam hanc cepit Herodes, tanquam rei novissimæ ac recentissimæ, sed tanquam rei, quæ saltem exiguum

aliquem fuisset progressum temporis.

Matth. Cap. 14. v. 1. In illo tempore audivit famam Herodes
famam de Jesu. Audivit famam de Jesu Herodes ut videtur
cum discipuli Jesu secundo emissi ad evangelizandum, ut
dictum est Capite praecedenti, venerunt ad eum locum, ubi
erat Herodes, ibidemque ut solebant, virtutes aliquas
operati sunt. Quaerenti id temporis Herodes de Jesu non
audiverit, varie dubitant interpretes, vel quod interim
extra Galilaeam fuerit antequam, vel quod in historia omnia multa
occurrant, quae ita credenda sunt contigisse ut scripta sunt,
sed eorum rationem investigare supra vires est eorum
positum, qui temporibus ipsis quibus res gerebantur, non
adfuerunt. In illo tempore, inquit, h. e. ~~eodem anno quo~~ post id temporis quo ~~exacta quae post~~ porrecta sunt, quae superius describebantur ~~multum ante~~ ~~eo tempore~~ Evangelistae ~~sua~~ ~~proferunt~~, de quo ~~nihil~~ ~~Historiae~~ docent, nam caedes Joannis ~~contigit~~ ~~fere~~ ~~paschate~~ ~~anno~~ ~~subsequentis~~ post illa quae habemus, ut infra erit argumento tertio S. Jo. ~~capite~~ ~~quod~~ ~~legitur~~ Quamdiu post non satis constat. Infra enim Evangelistae multum temporis praetermittunt nihil docentes de Domini historia, excepto reditu Apostolorum qui legitur sequenti Capite, nempe usque ad Pascha novum anni subsequentis
2 Et ait pueris suis: Hic est Joannes Baptista ipse surrexit
a mortuis. S. Joannes Chrysostomus: Herodes adeo Joannem
perhorruit, ut a nimia formidine vel de resurrectione philosopharetur. Nempe caedes Joannis quem decollaverat semper
illi obversabatur in animo, ut cum summum miraculorum
species, quae Dominus per suos faciebat, Herodi se obtulit,
3 ad Joannem cum memoria recurrens, illum existimavit et resurrexisse, et signa facere: arbitrabatur enim
ea signa non posse fieri nisi ab aliquo praestantissimo
propheta, nec supra Joannem sanctiorem aliquem
quempiam suspicabatur: Subaudias ex Lucae Herodem haec cogitasse non quasi de se, sed de aliorum insinuatione ac sententia accipientem. Ille autem hesitabat hic, eo quod variae id genus dicerentur a variis.
Ibidem ideo virtutes operantur in eo. Herodes noverat Joannem quia
viderat, intelligebat Christum Dominum alium esse a Joanne,
habebat fortasse ob oculos Domini discipulos sanctos Apostolos
qui signa operabantur in nomine Domini: et existimabat
tamen et Joannem resurrexisse, et virtutes in eo operari. Videlicet non videtur eam opinionem sumpsisse, Joannem
in suo corpore, et in semetipso resurrexisse; sed illius spiritum
et virtutem in alios devenisse, fortasse ad eum modum
quo videtur scriptura dicere de Elia, illius spiritum potuisse
fore duplicem in Heliseo. 4. Regum Cap. 2. v. 15. Sic Herodes
potuit suspicari spiritum Joannis requievisse et in Christo,
et in discipulis Christi, ideoque illas virtutes operari
5 Herodes tenuit Joannem. Haec facta fuerant paulo post
paschata eius anni jam praeteritum, cum Dominus deliberatur
...it Samaritanos. Vide supra hoc l. cap. 4. Quamdiu
post quam decollatus, ex sacra Scriptura non apparet
...evidens ... in hac nostra continuatione h. l. Cap.
...t ... Nam expectabat discipulos
... Dominus ... ad evangelizandum; quae res ab
c. 6. 44. Nemo p. ven. ad me nisi Pater traxerit eum. Hic insurgunt Manichæi dicentes, nihil nos
ex nobis ipsis posse, quod maxime probat voluntatem nostram in nostra esse potestate. Sed si
quis venit ad illum, inquit, quid opus habet ut trahatur? Verum hoc nostrum non tollit
arbitrium, sed potius declarat nos auxilio opus habere. Hic autem non agitur de quovis venire
accedente, sed de illo qui multo fruitur auxilio. n. 1.
45. Erunt omnes docibiles dei. Vidistin' fidei dignitatem, et quomodo non ab hominibus, nec per hominem,
sed per deum ipsum illud edocendi sint? ... At inquies, quid antehac fiebat? Annon docibiles dei erant?
quid hoc in loco eximium est? quod tunc per homines res divinas discerent, nunc autem per unigenitum
filium dei, et per Spiritum Sanctum. Deinde infert 46. Non quod Patrem viderit quisquam, nisi is qui
a Deo est. Non secundum causæ rationem, sed secundum modum substantiæ (οὐ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας
λόγον ἐνταῦθα τοῦτο λέγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τρόπον τῆς οὐσίας: non ~~secundum~~ propter
causæ rationem hic hoc dicens, sed propter modum essentiæ.) Nam si diceret, Omnes a deo sumus,
in quo est præstantia, et differentia filii? n. 1.
49. Animadverte autem quam ponat inter hunc panem, et manna differentiam, ex utrisque nempe
fructu. Quod enim illa cibus nihil novum intulerit, adjicit 4. Patres vestri ed. Deinde id præcipue
agit, ut illis suadeat, se multo majoribus dignatos esse bonis, quam patres ipsorum, de magna
re obscure loquens, et de viris illis mirabilibus. ... Illud vero in deserto non sine causa posuit, sed
indicans illud non diu durasse, neque in terram promissionis venisse, hic autem panis non est
ejusmodi. n. 2.
61. Durus est hic sermo. ... Verborum obscuritas auditorem semper excitat, et attentiorem efficit. Non
ergo offendi oportuit, sed potius interrogare. Nunc autem illi abeunt. Nam si prophetam ipsum esse
credebant, dictis credere oportebat. Itaque quod offensi sint, id ex eorum insipientia venit, non ex
obscuritate sermonis. n. 2.
Quando enim subit animum illa quæstio quomodo, tunc una ingreditur incredulitas. Quomodo potest hic
nobis carnem suam dare ad manducandum? Nam si illud quomodo inquiris, cur de panibus non
dicis, quomodo quinque panes in tot alios multiplicavit? nam tunc saturari curabant solummodo,
nec considerabant miraculum. Sed experientia, inquies, tunc docuit: Ergo experientia hæc facilius credi
oportuit. Ideo namque prius illud tam mirabile patravit, ut illo edocti non ultra dictis fidem nega-
rent. Illi quidem tunc temporis nihil utilitatis ex dictis retulerunt, nos reipsa beneficio fruimur.
[illegible] dicendum quid sit miraculum mysteriorum, cur data sint, quæ illorum utilitas. [illegible]
corpus sumus, inquit, et membra ex carne, et ossibus ejus. Initiati dictis obsequantur. n. 2.
Ut ergo non solum per dilectionem, sed etiam reipsa cum illa carne commisceamur; id quod efficitur per
cibum, quem ille dedit, ut ostendat nobis, quanto erga nos ferveat amore, se nobis commiscuit, et
in unum corpus totum constituit, ut unum simus, quasi corpus junctum capiti. Nam ardentis amoris
[illegible] dictum est. Hoc indicans Job de servis suis dicebat, a quibus sic amabatur, ut ejus
carnibus admisceri peroptarent: ut enim ardentem amorem ostenderent, dicebant: Quis det nobis
de carnibus eius ut saturemur? (31. 31.) Quod et Christus fecit ad majorem nos amicitiam inducens, et
[illegible] nobis demonstrans amorem: neque se concupiscentibus videndum modo præbuit, sed tangendum,
comedendum, dentibus terendum, commiscendum, desideriumque implevit omne. Ab illa ergo mensa
recedamus tanquam leones ignem spirantes, diabolo terribiles, cogitantes quod sit caput nostrum,
et quantam nobis dilectionem exhibuerit. etc. n. 3.

S. Jo. Chrysost. in Joann. hom. 47. al. 46.

Jo. c. 6. 54. Nisi manducaveritis etc. Quia prius dixerant id impossibile esse, ostendit id non modo non impossibile, sed etiam valde necessarium esse. n. 1.

56. Nam caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Quid sibi vult illud? Aut enim significare hunc esse verum cibum qui animam servet, aut vult dictis suis fidem facere, ne putent id quod dictum fuit ænigma vel parabolam esse; sed sciant oportere omnino corpus comedere. Deinde ait 57. qui manducat meam carnem in me manet, ut significet quod se cum ipso admisceat. . . . . n. 1.

60. Durus est sermo. Quid sibi vult, durus est? id est asper, laboriosus. . . . Captu difficilis, infirmitatem illorum superans, terrore plenus. n. 2.

63. Spiritus est, inquit, qui vivificat, caro non prodest quidquam: hoc est, quæ de me dicuntur spiritualiter sunt accipienda. Nam qui carnaliter audit, nihil lucratur, nihil proficit. Carnale erat dubitare quomodo de cælo descendisset, putareque ipsum esse filium Josephi, nec non illud, quomodo potest nobis carnem suam dare ad manducandum? Hæc omnia carnalia, quæ oportebat mystice et spiritualiter intelligere. Et quomodo poterant, inquies, intelligere quid esset carnem comedere? Oportebat certe opportunum tempus expectare, [illegible] et interrogare, nec desistere. n. 2.

Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus et vita sunt, idest divina, et spiritualia sunt, nihil habent carnale, nec naturalem consequentiam. sed omni hujusmodi necessitate, et hujus vitæ legibus libera sunt: aliumque, et diversum sensum habent. . . . Quomodo ergo dixit, caro non prodest quidquam? non de carne sua intelligit, absit, sed de iis, qui dicta carnaliter acciperent. Quid est autem carnaliter intelligere? proposita simpliciter intelligere, neque ultra quidpiam excogitare; hoc est carnaliter videre. Non oportet autem de iis quæ videat ita judicium ferre, sed omnia mysteria interioribus oculis perspicere, idest spiritualiter. n. 2.

67. Numquid et vos vultis abire? ostendens se illorum ministerio, et cultu non egere, neque ideo, ipsos circumducere. . . . Non ergo spernendus hoc erat, sed ut relictis eos vi, et necessitate detinere, num ita manere idem fuisset atque abire. n. 3.

68. ad quem ibimus? Verbum magni affectus indicium, significat enim magistrum sibi omnibus esse cariorem, patribus, matribus, fratribus; eosque qui ab ipso discedunt, non habere quo se recipiant. n. 3.

71. Nonne unus ex vobis diabolus est? Communemque omnibus metum incutit, ut illum obtegeret. n. 4.
. Doctrinam suam omni adulatione vacuam indicans. Nam enim abscedentibus omnibus, ipsi soli manerent, et Petri ore Christum confiterentur, ne putarent se ideo ipsis adulaturum esse, hanc amovet suspicionem, ac si diceret: nihil me cohibet, quominus malos arguam: ne putetis me vobis, quia manetis adulaturum esse, aut quia me sequuti, improbos non reprehensurum: n. 4.

Hom. 48. al. 47.

C. 7. v. 1. non enim volebat in Judæa ambulare. οὐ γὰρ εἶχεν ἐξουσίαν. Quid dicis, beate Joannes? non poterat qui poterat omnia quæ vult? qui dixit quem quæritis, et eos retro pulsos prostravit? qui præsens non videbatur, nunc ne potestatem non habuit? Quomodo postea in medio eorum, in templo, in solemnitate, ipsis congregatis, ingruentibus homicidis ea loquebatur, quæ magis illos exasperarent? Nam illi mirabantur dicentes: Nonne hic est, quem quærunt interficere? et ecce palam loquitur, et nihil illi dicunt. Quæ sunt hæc ænigmata? Absit: non enim hæc dixit ut ænigmata esse putarentur, sed ut declararet et divinitatis et humanitatis opera exhibita fuisse. Cum enim dicit, potestatem non habebat, quasi de homine loquitur multa humano more agente; cum vero dicit, ipsum in medio eorum stetisse nec apprehensum fuisse, divinitatis utique potestatem indicat. Nam [illegible] fugiebat ut homo, apparebat ut Deus; utrumque vere repræsentans. Cum enim in mediis insidiatoribus non caperetur, invictam potestatem suam significabat, cum vero secederet, incarnationem fidem faciebat, ut nec Paulus Samosatenus, nec Marcion, nec qui eodem morbo laborant, contradicere possent. n. 1.

S. Jo. Chrysost. in Joannem. hom. 48. al. 47.

1. Post hæc Scenopegia. Hæc particula post hæc nihil aliud significat, quam multum interea temporis intercessisse: inde vero liquet quod cum in monte [illegible] festum esset Paschæ. Hic autem Scenopegiæ meminit, et quinque mensium spatio nihil aliud narravit, vel dixit, quam panum miraculum, et concionem habitam, iis qui comederant. n. 1.

2. Neque enim fratres ejus credebant in eum. Eorum inquies hinc incredulitas, dum rogant illum, ut signa edat. Magna utique: nam et verba, et audacia, et intempestiva libertas incredulitatem denotant. Putabant enim se cognationis causa fidenter loqui posse eti. n. 1.

3. Discipuli tui Quosnam hic discipulos dicunt? turbam sequentem, non duodecim illos. n. 2

4. Tempus meum nondum advenit idest tempus crucis, et mortis. n. 2.

5. Cur ergo ascendit, cum dixisset, non ascendam? non dixit simpliciter, non ascendam, sed addit nunc, idest vobiscum, quia tempus meum nondum impletum est. n. 2.

Hom. 49. al. 48.

11. Ubi est ille? ex nimio odio ne nominare quidem dignantur. n. 1.

12. Quidam dicebant, quia bonus est; alii non, sed seducit turbam. Illam puto fuisse multitudinis opinionem, alteram vero principum et sacerdotum: calumniari id illorum invidiam, et nequitiam pertinebat. n. 1.

13. Nemo tamen etc. Vides utique optimatum corruptos, plebem vero recte sentientem, sed non prædita ea fortitudine, quam oportebat? n. 1.

12. Illud autem seducit turbam per doctrinam scilicet, non intelligentes quod diceret. illud vero bonus a [illegible] dicebatur.

17. Si quis voluerit etc. hoc est, nequitiam, iram, invidiam ejicite, et non odium quod contra me sine causa suscepistis, et nihil impediet, quin cognoscatis, verba mea vere Dei esse... nam illud a magistro semper ad hoc refertur, quod nihil præter placitum ejus loquar, sed omnia quæ Pater vult, hæc et ego volo... Quid sibi vult illud, si quis voluntatem ejus faciat? id est, si quis virtutis sit amator, dictorum vim cognoscat. Si quis velit prophetis attendere, num secundum eas loquar, nec ne. n. 1.

16. Mea doctrina non est mea. Quomodo mea esse potest, et non mea? Quomodo potest ipsum esse meum, et non meum? Sua quia non id edoctus dicebat; non sua, quia doctrina Patris erat. Sed illud non est mea, meam et Patris voluntatem unam esse majorem in modum declarat; ac si diceret: nihil hic diversum quasi alterius esset. n. 2.

18. Qui a seipso loquitur, propriam gloriam quærit. Id est qui vult sibi propriam statuere doctrinam, nihil aliud optat, quam ut sibi gloriam hinc pariat. Si autem ego nolo mihi gloriam parere, cur propriam doctrinam statuere cupio? Qui a semetipso loquitur, id est qui diversum quidpiam ut sibi proprium affert, ideo loquitur, ut gloriam sibi paret. Si autem ego quæro gloriam ejus qui misit me, cur alia docere velim? n. 2.

19. Nonne Moyses etc. Quam consequentiam, quid commune habent hæc cum præcedentibus verbis? Duo illi crimina intentabant: aliud quod sabbatum solveret, aliud quod Deum Patrem diceret, seque Deo æqualem faceret. n. 2. ac si diceret... Ego, inquit, si legem solvi, id feci ut hominem servarem vos autem ad malum inferendum solvitis illam... et ostendens illos cum eadem faciant, non debere de aliis judicare. n. 2.

20. Dæmonium habes: quis te etc. Verbum iræ et furoris, animique in impudentiam acti, quod inexpectato modo redarguerentur, et se lacessitos putarent. Ut enim latrones in insidiis cantant καθάπερ γὰρ λῃσταί τινες ἥδονται ἐπὶ ταῖς ἐνέδραις. ut enim latrones delectantur insidiis deinde ut imparatum aggrediantur, silentio rem peragunt, ita et Judæi. n. 2.

21. Unum opus feci, et omnes miramini. Vult ostendere, si non fuisset, tunc legem solutam iri [illegible] et multa esse observatu digniora, quam legem. Moysenque contra legem mandatum accepisse quod lege dignius esset. Dignior quippe sabbato circumcisio erat, quamvis ea non a lege, sed a Patribus inducta fuisset. Ego vero rem digniorem, melioremque feci, quam sit circumcisio. n. 3.
illud autem miramini, idest turbamini. n. 3

S. Joann. Chrysost. in Joann. hom. 49. al. 48.

Ut signum accipiat homo nihil ad valetudinem conferens, lex solvitur, inquit: ut tanto morbo liberetur, indignamini? 24. Nolite judicare secundum faciem. Quid est secundum faciem? Ne quia Moyses in majore apud vos existimatione est, a personarum dignitate calculum feratis, sed a rerum natura; illud namque est juste judicare. n. 3.

Homil. 50. al. 49.

Nihil in divinis Scripturis temere positum est, sunt enim Spiritus Sancti dicta. quamobrem omnia accurate disquiramus: ab una quippe dictione totum saepe sensum discimus, ut etiam nunc contingit 25. Multi enim ex Jerosolymitanis etc.

Homil. 51. al. 50.

c. 7. 37. Si quis sitit etc. Qui ad divinam accedunt praedicationem et fidem servant, eos sitientium desiderium prae se ferre oportet, atque tantum in seipsis incendere concupiscentiam. Sic enim poterunt dicta cautius retinere. etc. n. 1. Si quis etc. id est, neminem necessitate aut vi traho: sed si quis animo promptus, si quis desiderio fervens sit, hunc ego voco. At cur Evangelista sic expressit: in novissimo die magno? Etenim primus et ultimus magnus erant, medii autem potius in deliciis consumebantur. Cur ergo in novissimo dixit? Quia [illegible] illo die omnes conveniebant. In primo non venit ille, et causam dixit fratribus. ... n. [illegible]

38. Flumina de ventre ejus etc. Ventrem cor vocat, ut et alibi ait, et legem tuam in medio ventris mei. ps. 39. 11. Et ubinam dixit Scriptura: flumina de ventre ejus fluent aquae vivae? nusquam. Quid sibi vult ergo illud, qui credit in me sicut dixit Scriptura? Hic interpungendum est; ut illud, flumina de ventre ejus fluent, sit Christi sententia. n. [illegible] ..... Flumina etc. ubertatem et copiam gratiae significans, ut alibi dixit Jo. 4. 14. fons aquae salientis in vitam aeternam; id est multam habebit gratiam. Alibi dixerat vitam aeternam, hic dicit aquam vivam. Vivam vocat eam eam, quae semper operatur: Spiritus enim gratia cum in animam ingressa, et stabilita fuerit, plus quam fons quivis scaturit; neque cessat, vel evacuatur, neque desinit. Ut ergo simul et nunquam deficere, et ineffabiliter operari denotet, fontem et fluvios appellat: non unum [illegible] fluvium, sed innumerabiles et illic salientem pro inundatione dixit. quod clare perspiciet, si quis sapientiam Stephani, Petri linguam, Pauli vim consideraverit [illegible] pacto nihil eos deleverit, nihil sustinuerint, non populorum furor, non tyrannorum rebellatio, non daemonum insidiae, non quotidianae mortes. Sed quasi flumina magno impetu fluentia, sic omnia traxerint n. 1.

39. Nondum enim Spiritus Sanctus. Prophetis autem in confesso apud omnes est, spiritum Sanctum fuisse datum. Sed gratia illa contracta erat, et avulsa, atque in terra deserta ab illa die, qua dictum fuit: relinquetur domus vestra deserta. Matth. 23. 38. nam veteres illi quoque Spiritum habebant, sed aliis non impertiebant. Apostoli vero innumeros illo replebant. quoniam igitur illam gratiam accepturi erant, nondum enim data erat, ideo ait. nondum erat Spiritus Sanctus: de hac igitur tradita Evangelista dicebat, nondum erat Spiritus Sanctus nempe datus, quia Jesus nondum erat glorificatus. gloriam appellans crucem. Quia enim inimici eramus, peccatores, [illegible] gratia Dei privati, inimici Dei, gratia vero erat reconciliationis indicium, donum autem non inimicis et perosis, sed amicis et probatis datur, oportebat prius pro nobis offerri sacrificium, et inimicitiam in carne solvi, nosque Dei amicos effici, et tunc donum accipere. n. 2. [illegible]

hom. 52. al. 51.

Nihil veritate clarius, nihil simplicius, nisi nos maligne agamus, sed in malitia [illegible] nos gerimus, nihil difficilius. 46. Nunquam sic loquutus est homo, ut hic homo. Hic enim non admirantur [illegible] modo erat, sed etiam [illegible] quod se ad illum [illegible] miserant, quem potius audire oportebat. Haec enim natura non longis [illegible] hi sermonibus. Tanta est vis veritatis. n. 1.

c. 48. Numquid ex principibus credidit in eum? Cum autem dixissent, neminem principum credidisse in eum. sed turba, quae legem ignorabant, merito illos [illegible] ... Numquid lex nostra judicat hominem, nisi audierit? [illegible] et quia dicebant neminem principum credidisse in eum, ideo [illegible] ipsum ex eorum numero esse, ut ostenderet etiam principes in eum credidisse nondum tamen id palam, ut decuisset, exhibuerant. [illegible] nihilominus Christo addicti. n. 1. [illegible]

Cap. 8. v. 12. Ego sum lux mundi. Magnum dictum, utique magnum [illegible] non ambulabit in tenebris. Lucem, et tenebras spiritales dicit, hoc est, non manet in errore. n. 1.

15. Vos secundum carnem judicatis. Ut secundum carnem vivere male vivere est, sic secundum carnem [illegible] est iniuste judicare. [illegible] Ego non judico quemquam. Hic vero non judicare [illegible] nunc tempus [illegible] futurum quoque judicium subindicat, cum dicit: Quia solus non sum, sed ego, et qui misit me Pater. [illegible]

S. Io. Chrysost. in Ioannem hom. 52 al. 51.

innuit, non se solum ipsos damnare, sed etiam Patrem. Deinde hoc sub umbra quadam dixit,
in rei testimonium inducens. 17. In lege autem vestra scriptum est, duorum hominum
testimonium verum esse. n. 2.
19. Dicunt ei quis est Pater tuus? etc. Cum enim scienter tamquam dubii interrogarent, quasi
tentantes eum, ne responsione quidem illos dignatur. n. 3.
18. Ego test. perhib. de me ipso etc. Testificatur homo cum ex se dignus est, non cum testimonio eget. Et ... in
aliena re: in re vero sua, cum testimonio eget, non jam id fit dignus. Hic vero contrarium in sua re testificans, et se ...
alterius testimonium ... hoc dicens, se fide dignum esse dicat, undique suam ostendens auctoritatem ... Hic vero ... di-
se honore parem (Patri) ... nihilque ... prodesse si Deum Patrem se nosse dicant, si se ignorent, cujus rei causam esse
dicit, quod se cognoscere noluit. Dicit ergo non posse Patrem cognosci sine sui cognitione, ut vel sic eos ad sui notitiam
attraheret. Quia enim ipso relicto Patrem semper discere quærebant, ait, Non potestis nosse Patrem sine me. Itaque qui
in Filium blasphemabat, non in ipsum tantum, sed etiam in Patrem blasphemant. n. 3.

Homil. 53. al. 52.

... 20. nondum venerat hora ejus: id est tempus idoneum non erat quo incidi volebat. Itaque tunc, τότε id non
illorum potestatis fuit, sed dispensationis ejus. n. 1.
22. Numquid interficiet semetipsum? Quid ergo Christus? illorum ut ... suspicionem, et ostenderet ... esse
... peccatum, ait. 23. Vos deorsum estis; id est, nihil ... si vos homines carnales talia cogitatis, qui nihil ...
concipitis. At ego non simile quidpiam faciam, de supernis enim sum. Vos de hoc mundo estis. Hic ... mundanas
carnalesque cogitationes dicit. Unde palam est illud, Ego non sum de hoc mundo, non significare, ipsum non accepisse
carnem, sed procul esse ab illorum nequitia. Etenim discipulos ex mundo non esse dicit; habebant tamen illi carnem.
Quemadmodum igitur Paulus dicens (Rom. 8. 9.) non estis in carne, non ... corporeos intelligit; sic discipulos non esse
de hoc mundo, id illorum philosophiam testificatur. n. 1.
24. Dixi ... non credideritis in pecc. v. moriem. Nam si ideo venit, ut tolleret peccatum mundi, et ... test
exui peccatum, nisi per lavacrum, necesse est, non credentis, veterem habere hominem. Ideo dicebat, qui non credit
jam judicatus est, non solum quod non credat, sed etiam, quia cum prioribus peccatis abit. n. 1
27. Et non cognoverunt quia Patrem eis dicebat. O stultitiam! non desistebat de Patre loqui, et non intelligebant. n. 1.
28. Cum exaltaveritis etc. De cruce dixerit n. 1. Ego autem dico vobis, tunc maxime cognoscetis, quia ego sum,
per signa, per resurrectionem, per excidium. Hæc quippe omnia ejus potentiam comprobabant. n. 1. Quando
... altum vestrum excidetis, nec concedetur vobis pristino more ipsum colere, tunc scietis ipsum ... esse,
indignatum adversus eos, qui me non audierunt; ac si diceret: si alienus, et Deo contrarius essem, non tanta
ille contra vos iram concepisset. n. 2. Quia inquit, beneficiis noluistis ad credendum induci, ex suppliciis cogam:
scietis quis sum ego. n. 2.
29. quæ placita sunt ei facio semper. Indicans placitum ipsi esse sabbati solutionem... 30. multi crediderunt in
eum. Crediderunt ergo, non tamen quantum oportebat, sed utcumque, in humilitate verborum plaude...
consistentes. n. 2.
Si sic ergo Scripturas accurate scrutari velimus, non perfunctorie, salutem consequi poterimus; si assidue in
illis versemur, et in vera doctrina, et in vitæ probitate instituemur... Nam si unguentariam officinam
quis adiens, si in illa moretur, vel invitus suavem aliquam consequetur odorem; multo magis qui
Ecclesiam frequentat. n. 3. Poi tratta dei vantaggi di andar alla predica, anche senza ...
di ciò che s'è udito
Scripturis ergo animum adhibeamus, dilecti, et saltem Evangelia studiose teneamus etc. n. 3. Multa alia hinc
lucra sequuntur, quæ nunc non possumus singulatim recensere, sed norunt si qui experimento didicerint.
Quapropter rogo libros hujusmodi vobis comparetis, librorum sensa percipientes, atque in mentibus vestris
describatis. n. 3.

Hom. 54. al. 53.

Cap. 8. 31. 32. Si vos in me manseritis, veritas liberabit vos. Ac si diceret: aliam fortunam non instituere, sed ...
excipiemini a qua quisque liberabitur a peccato. n. 1
33. Semen Abrahæ etc. Nuntique, servos vocasti eos, qui ex genere Abrahæ erant, nobiles illos. Nunquam, inquiunt,
servivimus. Talis Judæorum factus est... Nusquam gesta mala commemorant. Cur autem non coarguit illos Christus?
Siquidem sæpe servierant Ægyptiis, Babyloniis, aliisque multis. Quia non ad contentionem, sed ad salutem loquuntur
herat, et ad beneficia præstanda, illi curæ erat. Verum eos non hominum servos ostendere voluit, sed
peccati, quæ servitus est gravissima, a qua solus Deus liberare potest. n. 1.

S. Jo. Chrysost. in Joannem hom. 54. al. 53

c. 8. v. 35 Servus non manet in domo, filius autem manet in æternum. Servum hanc legem dixit, priora tempora subindicans. n. 1. Cur autem unde peccati sermonem habet, domus meminit? Ut ostenderet, sicut in domo habet herus, sic se in omnia potestatem habere. n. 2.

37 Scio quia semen etc. sed etc. Servum ejicit illos ab Abrahæ cognatione illa, docens ne altum illa desipere sapereut; sicut enim libertas et servitus ab operibus pendeat, ita et cognatio. Scio quia semen Abrahæ estis; verum non hoc est, quod quæritur. n. 2. Sermo meus non capit in vobis. Quomodo ergo ait in ipsum credidisse? Verum ut dixi iterum mutati fuerant. .. ἐξ οὐκ εἶπεν, οὐ χωρεῖτε τὸν λόγον, ἀλλ' οὐ χωρεῖ ὁ ἐμὸς λόγος ἐν ὑμῖν. Nec dixit non capitis verbum, sed sermo meus non capit in vobis, dogmatum suorum sublimitatem declarans. n. 2.

39. Si patrem haberetis Abraham etc. Frequenter hic illorum sanguinarium animum exigit, et Abrahæ memoriam commemorat. Itaque ut illos ab hac cognatione abducat, et superfluam illam jactantiam auferat, ... adeatque ne illa in re spem salutis habeant, neque in cognatione naturæ, sed in cognatione proposita. n. 2.

44. Ille homicida erat. Adamum enim occidit non alia, quam invidiæ causa... et in veritate non stetit, id est, in vitæ probitate. Ille primus mendacio est usus. n. 3.

42. Exivi enim subindicat ejus ad nos adventum. n. 3.

Hom. 55. al. 54.

cap. 8. v. 48. Nonne benedicimus nos quia Samaritanus es etc. Quando enim sublime quippiam dicebat, id furor esse ab insensatis existimabatur. n. 1.

52. Abraham mortuus est, etc. id est, qui dei sermonem audierunt, mortui sunt, et qui tuum audient non morientur? n. 1.

56 Abraham exultavit, ut videret diem meum... Diem autem crucis hic indicare puto, quam arietis, et Isaaci sacrificio præfiguraverunt. 57. Quadraginta annos etc. Itaque quadraginta annos prope jam attigerat Christus n. 2.

Cur vero non dixit, priusquam Abraham fieret, ego eram (ἤμην, ἀλλ' ἐγώ εἰμι) sed ego sum? Sicut ipsius Pater illa utitur voce, sum, sic et ille. Hæc quippe vox significat, ~~illum~~ ipsum perpetuo esse, ac omni liberum tempore. n. 2.

Hom. 56. al. 55.

cap. 9. v. 1. Vidit Præter. ... quod egressus e templo ad hoc data opera venerit, inde palam est, quod ipse cæcum inspexit, cæcus vero ad ipsum non venerit. Et tam diligenter illum intuitus est, ut id discipuli advertervent, et ad interrogandum inducerentur. Videntes enim eum studiose conspicientem, interrogaverunt eum: quis peccavit, hic aut parentes ejus? Falsa ... interrogatio: quomodo enim peccasset antequam nasceretur? quomodo ob parentum peccatum hic punitus esset? ... Quid ergo Christus? v. 3. Neque hic peccavit, neque parentes ejus. Quod non dixit, ut eos prorsus peccati liberos indicet. Neque enim simpliciter dixit, neque hic peccavit neque parentes ejus, sed addidit. ut cæcus nasceretur, sed ut glorificetur filius dei. Peccavit namque hic, et parentes ejus. Sed non inde cæcitas venit. n. 1.

Hinc vero alia exurgit quæstio. Num absque hujus punitione non poterat gloria dei apparere? Certe non dixit non potuisse; poterat enim, sed ut in hoc etiam appareret. Ergo ne inquies, injuriam propter dei gloriam accepit? quam quæso injuriam? Quid si nunquam illum nasci voluisset. Ego vero etiam ex cæcitate beneficium accepisse dico, nam interioribus quoque vidit oculis. Quid juvant oculi Judæos? Majus enim supplicium habuissent, quod videndo cæci essent. Quid vero hic damni fecit ex cæcitate? propter illam visum accepit. Itaque ut mala hujus vitæ mala non sunt, sic bona non sunt bona, sed unum peccatum ... est, cæcitas vero non mala. Qui autem ex nihilo produxit, potuit illum sic relinquere. Quidam vero dicunt hanc particulam non esse causalem sed ex eventu dici, ut quando dixit (Jo. 9. 39) In judicium veni in hunc mundum, ut non videntes videant et qui vident, cæci fiant. Non enim venit, ut videntes cæci fierent. Et rursum Paulus (Rom. 1. 19) Nam quod notum est dei, manifestum est in illis, ut sint inexcusabiles. Atqui non ideo manifestavit, ut excusatione privarentur, sed ut ... haberent. Et rursum alibi (Rom. 5. 20) Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. atqui non ideo subintravit, sed ut cohiberetur peccatum.

v. 3. ~~autem~~ Dicit autem, ut manifestetur gloria dei, de se non de Patre loquitur. Illius quippe, gloria manifesta ... n. 2.

S. Joann. Chrysost. in Joannem hom. 56. al. 55.

C. 9. v. 6. fecit lutum ex sputo. Quia enim audierant, Deum, cum hominem formaret, accepisse
limum de terra, ideo sic ille lutum formavit.... non parva enim gloria erat, quod creatur
opifex putaretur. Ex hoc enim cætera sequebantur. Ex parte totum credebatur. Majoris namque
fidei id quod minus erat confirmabat. Creaturarum enim rerum omnium præstantissimus est homo, et membro-
rum præstantissimum est oculus: idcirco non simpliciter, sed illo modo hic oculos creavit. n. 2. Dove nota
... dell'eccellenza dell'occhio sopra gli altri sensi.
7. Me oportet operari dum dies est. Quid hæc sibi volunt? et quam habent consequentiam? Multam. Hoc enim
vult significare: donec dies est, donec possunt homines in me credere, dum vivo, operandum mihi est. Venit
nox, hoc est futurum tempus, quando nemo potest operari. Non dixit, quando ego operari non possum, sed
quando nemo potest operari, id est quando non est amplius fides, non labores, non pœnitentia. Quod enim
fidem opus appellat, dicunt ei. quid faciemus, ut operemur opera Dei? respondet, Hoc est opus Dei, ut creda-
tis in eum quem ~~misit~~ ille misit. Quare ergo hoc opus nemo potest tunc operari? quia tunc fides non erit,
sed velint, nolint, omnes audient. n. 2.

Homilia 57. al. 56.

Qui aliquam ex lectionibus utilitatem carpere volunt, ne minimum quidem prætereunt. Ideo namque
Scripturas scrutari jubemur, quia multa, quæ statim facilia videntur, magnam habent latentem
sententiæ profunditatem. n. 1.
Cur ergo non statim hoc fecit, sed in Siloam misit? ut ejus fidem discas, utque Judæorum pervicacitas
reprimeretur. etc. n. 1. Si quis vero dicat, quo pacto luto deposito visum recepit? nihil ~~aliud~~
nobis audiet aliud, quam nos modum nescire. n. 1.
12. Dicunt ei, ubi est ille? respondit, Nescio. Vide autem hic quam sit Christus a fastu alienus, quomodo
non aderat post restitutam sanitatem, non gloriam, non populi plausum quærebat. n. 2.

Homil. 58. al. 57.

Scripturæ non simpliciter, neque perfunctorie, sed quam diligentissime legendæ sunt, ne quid offendiculi
oriatur. n. 1.
18. Non crediderunt Judæi, donec etc. Verum ipsa veritatis natura iisdem ipsis firmatur, quibus ab insidiatoribus
impetitur, iisdem fulget, quibus obscurari tentatur. n. 1.
19. Quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Ac si illi versute fingerent, ut opera Christi infirmarent. n. 1.
21. Ætatem habet, ipse de se loquatur. Fide dignum illum statuunt, et sic se excusant. Non puer est, inquiunt,
neque infans, potest de se testimonium ferre. n. 2.
24. Nec tamen palam, et impudenter dicunt, Nega Christum te sanasse, sed sub pietatis specie id volunt
assequi. Da gloriam Deo, inquiunt.... id est, confitere ipsum nihil fecisse. n. 2.
25. Si peccator est, nescio. Numquid timuit cæcus? minime. Et cur qui dixerat, Propheta est, nunc dicit
Si peccator est, nescio? Non ita affectus erat, neque id putabat. Sed quod vellet res ipsas testi-
monio, non voce sua illum a crimine liberare, et fide dignam offerre defensionem, ex beneficii ipsius
damnantis testimonio.... Si peccator est nescio, id est nihil ea de re nunc dico, neque sententiam
fero. Illud probe scio, et pronuncio, si peccator esset, non talia fecisset. Quibus verbis se et testi-
monium suum omni suspicione liberavit, ut qui non ad gratiam rem gestam narraret. n. 2.
27. Numquid et vos vultis discipuli ejus fieri? Jam se discipulis annumerat. Illud enim numquid et
vos significat ipsum esse discipulum. n. 2.
Cum enim sciret hoc illos maxime pungere, lacessendi causa dixit, quod erat animi fidentis, et
sublimis, illorumque furorem despicientis, atque illius, in quo fidebat dignitatem cele-
brantis, ut ostenderet ipsos virum admirabilem contumelia afficere; ipsum autem non vere
affici contumelia, sed contumeliam illatam in honorem sibi cedere. n. 3.
29. Nos scimus etc. Quæ ex auditu scitis, o Judæi affirmatis, et quæ visu percepistis, minora putatis
esse? n. 3.

S. Jo. Chrysost. in Joann. hom. 58. al. 57.

9. 31. Scimus autem, quod Deus peccatores non exaudit. Cum enim antea dixissent: quomodo
potest homo peccator talia signa facere? eorum nititur judicio, et haec ipsis in mentem revocat.
Haec sententia inquit, et mihi et vobis communis est: in hac persistite. Et vide mihi praedicatorem
Signum semper in ore versat, quia illud tollere non poterant, et inde ratiocinatur. n. 3.
... inde miraculum extollit 32: A saeculo non est auditum etc. Si ergo confitemur Deum non exau-
dire peccatores, hic miraculum patravit, et tale miraculum, quale nemo fecit; palam est
illum virtute omnia superasse, ejusque potestatem plus quam humanam esse. n. 3.
34. Et tu doces nos? Quid dixerint illa? num suam sententiam attulerat? annon potius com-
munem, cum diceret: Scimus, quod Deus peccatores non exaudit? Nonne ea quae vos di-
xeratis in medium attulit? n. 3.

Homil. 59. al. 58.

35. Et audivit Jesus, quod ejecerant eum foras etc. Jesus ergo ceu agonotheta quispiam athletam
post multos labores coronatum excepit. Credis in filium Dei? ... interrogat num credat, non
quod ignoret, sed quod velit se notum facere, et quanti faciat ejus fidem ostendere. n. 1.
Tu credis in filium Dei? ut praesens, et dicta excipiens sic interrogat, et prius in illo
desiderium excitat. Non dixit enim statim, crede, sed interrogavit. Quid igitur ille?
Et quis est, domine, ut credam in eum? Optantis, ac vehementer desiderantis verbum: pro
quo tanta loquutus est, hunc ignorat, ut discas quam veritatis amans esset. nondum
enim ipsum viderat. n. 1.
38. Deinde ille multum exhibens affectum statim adoravit eum; quod pauci ex iis, qui
curati erant fecerant, ut leprosi illi, et si qui alii: hinc ostendit divinam suam virtutem n. 1.
39. In judicium veni etc. In judicium porro est in majus supplicium, ostendens eos qui se
damnarent esse damnatos, et qui se peccatorem pronuntiarent, ipsos esse peccato obnoxios
n. 1.

Cap. 10. v. 1. Qui non intrat per ostium etc. Vide latronis signa: primo non palam intrat, secundo non per Scripturam
[illegible]; hoc enim est non intrare per ostium.... Jure autem ostium Scripturas vocat. Hae namque nos ad Deum
ducunt, et Dei cognitionem aperiunt: hae oves faciunt: hae custodiunt, nec lupos ingredi sinunt. Tamquam enim tutum
ostium haereticos ab ingressu arcent, nosque in securitate qua volumus constituunt, nec sinunt errare. Et si hoc
[illegible] non pandamus, non erimus inimicis capta faciles. Hinc eos qui vere pastores, et qui non pastores sunt cogno-
scemus. Quid sibi vult autem in ovile? id est ad curandas oves. Qui enim sacra non utitur Scriptura, sed
aliunde ascendit, id est qui sibi aliam, et non statutam viam aperit, hic fur est. n. 1.
1. Cum dixit autem ascendit aliunde, Scribas subindicavit, quia docebant praecepta doctrinas hominum, et legem transgre-
diebantur. quod [illegible] exprobrans dicebat nemo vestrum facit legem. Ac probe dixit, ascendit, non ingreditur, quod
est furis parietem [illegible] ingredi [illegible], et cum periculo omnia facientis. Vides quomodo furem descripsit? Jam
pastoris indicium animadverte. Quodnam illud est? Qui intrat per ostium pastor est ovium. [illegible]
et [illegible] emiserit eas ante eas vadit. Huic, inquit, ostiarius aperit. In metaphora persistit, ut significantius
loquatur. Quod si parabolae verba singula explorare velis, nihil obstat, quominus hic ostiarium intelligamus Mo-
ysem. Illi namque Dei eloquia credita sunt, cujus vocem oves audiunt, Et proprias vocat nominatim... Nam
si pastor est per statutum ingredi ostium, et ipse per hoc ingressus est, qui sequuntur oves esse potuerunt; qui autem
se sequestrarunt, non ideo pastori nocuere, sed se ab ovium societate [illegible]. Quod si se per postea ostium
[illegible] esse [illegible], nam se et pastorem dicit, et ovem, secundum diversas oeconomiae suae rationes. Nam
quando nos Patri offert, se ostium appellat; cum nostri curam gerit, pastorem. Ne enim solum [illegible]
esse putes, quod nos Patri offerat, se pastorem vocat [illegible] et ante eas vadit [illegible] sequuntur
[illegible] ille ut ostendat se omnes ad veritatem deducturum esse, contra pastorum morem agit n. 2.

Io. Chrysost. in Ioannem homil. 59. al. 58

[illegible]

10. v. 6. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur. Cur obscure loquebatur? ut attentiores redderet [illegible]
Hic autem illud effecit, obscuritatem tollit his verbis [illegible] non ostium est [illegible] est in securitate
et libertate vivet. Pascua autem hic vocat pabulum ovium, potestatemque, et dominatum: [illegible]
est, [illegible] manet, et nemo inde expellit, [illegible] etiam Apostolis evenit, qui libere intrabant, et exibant quasi uni-
versi orbis domini; nemoque illos ejicere potuit. 8. Omnes quotquot ante ad fures erant. Non de prophetis hic loquitur,
ut [illegible] illos cum audierunt et per illos crediderunt quotquot in Christum crediderunt, sed de Theuda, et
Iuda, aliisque seditiosis agit.... 10. et abundantius habeant. Quid quæso, vita abundantius? regnum cælorum.
Verum id nondum dicit, sed vitæ nomen affert, ut notum illis. n. 3.

Hom 60 al. 59.

v. 15. Sicut cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem. [illegible] et ego cognosco [illegible]
putaret se ita cognoscere Patrem, ut homo cognoscit, addidit, sicut [illegible]
ita perfecte ipsum cognosco, ut [illegible] Deo dicebat (Luc. 10. 22.) nemo cognoscit filium nisi Pater, et
Patrem nisi filius, peculiarem quandam cognitionem indicans, et qualem nemo alius potest attingere. n. 1.
16. Alias oves habeo et. Propterea de gentibus opportune sermonem induxit Et illas oportet me adducere. [illegible]
rursus [illegible] oportet adhibet, quæ non necessitatem indicat, sed rem omnino esse futuram.... Ubi vero dicat,
quæ non sunt ex hoc ovili, [illegible] differentia [illegible] et ait Paulus (1 Cor [illegible])
Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium. Et illas oportet me adducere. [illegible]
et [illegible] esse, sine pastoribus, cum nondum [illegible] bonus venisset. Deinde futuram utrorumque con-
junctionem prænunciat. et erit unum ovile. Quod ipsum Paulus significavit: ut duos condat in semetipso
in unum novum hominem. 17. Propterea me diligit Pater, quia ego animam meam pono ut iterum
[illegible] an superiori tempore non diligebat, sed nunc diligere incepit Pater,
[illegible] Videsne quantum nostræ se accommodet infirmitati [illegible]
et [illegible] amoris ipsi fuimus? Videsne quantum illum a Patre, et deceptorem dicerent, [illegible] in personam ac pene [illegible]
[illegible] probare? Cum [illegible] illum a Patre, et deceptorem diceret, quod vos, ut et ego a Patre [illegible]
dicit ille Si non aliis, [illegible] saltem ea ad vos [illegible], se non invitum mortem adire, nam [illegible]
quia ego pro vobis morior. Propterea [illegible] vult demonstrare, se non invitum mortem adire, [illegible]
moventur, quomodo id amoris vinculum fuisset? et quod ea maxime sit Patris voluntas [illegible] et querorum [illegible]
nemo hoc loquatur, ne invenis [illegible]
id repeteren. n. 2.
18. Nemo tollit eam a me. Me nolente inutilis labor vester erit. Potestatem habeo, [illegible] Verum non hoc [illegible]
[illegible] potestatem non habeat ponendi animam suam? Quisque enim potest se interimere. Verum non hoc ream
loquitur. Quomodo ergo? [illegible] potestatem habeo ponendi eam, id nemo [illegible] me nolente id facere. [illegible] Nam multi alii possunt [illegible]
[illegible] ego solus possum ponere illum, quod vobis non competit. Sed cum ex rebus [illegible]
[illegible] hominis [illegible] neque enim [illegible] creditum fuisset. Sed cum ex [illegible]
nobis attingere. Sed hoc in principio non [illegible] eum comprehendere, frequenter enim ex manibus eorum
[illegible] si hoc verum est, hinc sequitur, eum libenter ad hoc
[illegible] est; [illegible] ait: nemo tollit eam a me. Si [illegible] cum humana
[illegible] infirmatur, illum posse cum voluerit, [illegible]. Nam si ita [illegible]
[illegible] Etenim cum solus sit [illegible] indubitatum ostendat? [illegible]
[illegible] Videsne quomodo [illegible] cum dicit [illegible] præceptum accepisse a Patre [illegible]
[illegible] Nihil ergo aliud hic [illegible]
præceptum [illegible] quod ipse facit n. 2.
[illegible] declarant, quam [illegible]
concordiam cum Patre, ostenderet. n. 3. [illegible]
Demonium habet et insanit [illegible] ex rebus ipsis demonstrationem [illegible]. Neque
habet. Alii vero non item. Quia enim ex rebus ipsis demonstrationem [illegible], ex operibus, quæ admirari oportebat, et [illegible]
[illegible] qui demoniacum dicebant, ex [illegible] ipsi inter se dissiderent, et digladiarentur? Ideo
[illegible] erat, et illis [illegible] Non ea solum de causa, sed ut nos institueret ad mansuetudinem, et
alebat, et omnia [illegible] animo ferebat.
[illegible] n. 3.

S. Jo. Chrysost. in Joannem. hom. 61. al. 60

C. 10 v. 22. Encænia. Magnus hic dies festus, et solemnis erat. Qua enim [illegible] multum consumptum fuerat ex
longa et Persica reversi captivitate, hanc ~~solemnitatem~~ celebritatem solenniter agebant. Diei festo aderat
Christus. Instante namque morte frequenter in Judæam veniebat. n. 1.
24 Quousque animam nostram tollis? Id videbatur ex amore quidem, et discendi studio proficisci. Erat autem interro-
gatio [illegible] corrupta, et subdola erat. n. 1. Nunc vero eorum perversitatem considera. Cum concionatur, et
[illegible] docet, ajunt: quod signum ostendis? Cum autem per nos demonstrationes profert, dicunt illi: Si tu es Christus, dic
nobis palam. Dum opera clamant verba quærunt; et cum verba [illegible] ad opera confugiunt, contrariisque insistunt
[illegible] non discendi causa interrogarent, ex iis demonstravit quæ infra [illegible] signum putabant, ut de se ipso tes-
[illegible] non discendi causa interrogarent, standi capiendi ut impeterent. Itaque quod circumdederant [illegible]
[illegible] autem admittebant, vel pauca loquentem, stantem capti [illegible] interrogandi multum per se ferebant odium. Dic nobis palam
inserebant, id ex nequitia procedebat. Nodus quoque interrogandi [illegible] in solennitatibus, quibus semper aderat, ubique [illegible]
si tu es Christus. Atqui palam ille loquebatur in solennitatibus, quibus semper aderat, ubique [illegible] erat,
neque occultus dicebat. quousque animam nostram tollis? Id proinde aliquam commune [illegible]
Quod enim semper illo animo interrogabant, non ut discerent, sed ut dicta caperent, non hinc solum, sed et [illegible]
inde probatur. ..... v. 25. Opera quæ ego facio etc. Quod [illegible] quid illos moderationes erant, [illegible]
cebant: neque enim potest homo peccator hæc signa facere. et rursum: non potest dæmonium cæcorum oculos aperi-
re. et, nemo potest talia signa facere, nisi sit cum illo Deus. et videntes signa, quæ faciebat, dicebant: numquid
hic est [illegible] Ubi autem dicebant quando veniet Christus, num plura signa faciet, quam hic facit? Item
[illegible] ex operibus volebant in illum credere, dantes quod signum ostendis nobis, ut videamus, et creda-
mus tibi. n. 2.
[illegible] ergo tunc simulabant se ex solo verbo credituros, qui tot, talibusque operibus non crediderant, illorum
[illegible] quod his verbis [illegible] operibus non creditis, quomodo verbis credetis? quare superflua est inter-
rogatio [illegible] quomodo illos reticendo hortetur tamen ut se sequantur. [illegible]
Pater unum sumus, id est, secundum potentiam. Nam de illa hic sermo erat. Si autem eadem est potentia, palam
est eamdem esse substantiam. ὁμοδοξον ὅτι ἡ οὐσία .. Cum manum audis, nihil sensile cogites, sed vir-
tutem, potentiam. [illegible] illos dixit Scriptura deos, etc. Id est, si ii qui per gratiam hoc acceperunt non
accusantur cum se deos vocant, qui ex natura sua hoc habet, quo jure increpabitur? Verum non ita
dixit, sed [illegible] postquam demissius loquutus est his verbis; quem Pater sanctificavit et
misit, et postquam illorum furorem sedavit, tunc claram affert demonstrationem. .. v. 37. Si non facio etc.
Quia enim non poterat substantia ipsius videri, ab operum æqualitate, et identitate æqualis potestatis
demonstrationem affert. n. 2.
v. 40 Abiit trans Jordanem ubi erat Joannes baptizans. Vel cur Evangelista locum indicat? Ut discas ipsum
ideo istuc abiisse, ut ipsis in memoriam illa revocaret, quæ Joannes illic fecerat, dixeratque, [illegible]
testimonium ipsius. ... Vide autem quam certos syllogismos concinnent. Joannes, inquiunt, nullum
fecit signum. hic signa facit. hinc ergo eius præcellentia ostenditur. Si ergo illi nullum signum edenti credimus,
multo magis huic credemus. Deinde quia Joannes erat qui testimonium perhibuerat, ne quia signum
non fecerat, indignus fuisse putaretur, qui testimonium ferret, adjiciunt, etiamsi signum non fecerit vera tamen
omnia de Christo dixisse. Sicut non Christus ex illo, sed ille ex operibus Christi fide dignus habebatur. [illegible]
[illegible] ergo etc. Multa enim illos attrahebant. n. 3.

Hom. 62. al. 61.

Multi cum aliquos videant homines Deo acceptos in quamvis [illegible], ut morbum, paupertatem, aut
quid simile incidisse, perturbantur, nescii Deo amicis id maxime competere. Nam Lazarus ex Christi
amicis erat, et infirmabatur: id quod dicebant ii, qui miserunt: ecce quem amas infirmatur. n. 1.
v. 2. Erat autem Maria etc. Hic quidam quæstionem movent. [illegible] Dominus hoc mulierem facere permiserit.
Primo itaque discas oportet, non hanc esse meretricem, de qua Matthæus, et Lucas; sed aliam honestam
mulierem. Illæ namque mulieres erant peccatis onustæ; hæc vero et honesta, et studiosa. Nam Christum
excipere curavit. n. 1. Quod igitur hæc illa non esset [illegible] etc. n. 1.
v. 3. Ecce quem amas infirmatur. In commiserationem Christum pertrahere volebant. n. 1. [illegible]
6. Et cum hæc dixisset, mansit in eo loco duos dies. Cur mansit? ut expiraret ille, et sepeliretur; ne quis diceret
nondum defunctum suscitavit; sopitus tantum erat, vel solutus defecerat: non mors erat. Ideo tanto
tempore manet, ut illo jam corrupto dicere possent, jam fœtet. n. 1.

S. Jo. Chrysost. in Joannem hom. 62. al. 61.

Cap. 11. 16. Quapropter timore exagitatus Thomas dixit ei: Eamus, ut et nos moriamur. Infirmior namque, et
magis incredulus quam ceteri erat. n. 1.
11. 12. 13. Nonne duodecim horæ, dixit ... Lazarus dormit, sed etc. Vel hoc dixit, ut declararet nihil
timendum esse nullius sibi mali conscio; sed eum qui mala fecerit, puniendum. Quare nobis nihil
timendum, cum nihil morte dignum fecimus; vel sic intelliga: qui lucem hujus mundi videt, in
tuto est; si autem ille in tuto est, multo magis is qui mecum est, nisi a me discesserit. His
verbis illos confirmavit, et necessariam causam subdidit, cur illo migrandum esset, et post [illegible]
declarasset, non ituros Jerosolymam, sed Bethaniam, dixit: 11. Lazarus amicus dormit, et vado
ut illum excitem. Hoc est, non iterum vado cum Judæis disputaturus, et congressurus, sed amicum
nostrum excitaturus. ... ideo dixerat, amicus noster, ut ostenderet necessariam esse profectionem.
n. 1.
14. Quia vero illi segniores erant, dixit [illegible] mortuus est. Primo itaque, ut fastum tolleret [illegible] fuer[illegible]
cum autem id illi non intelligerent, dicit: Mortuus est. 15. et gaudeo propter vos. Cur propter vos [illegible]
Quod absens prædixerim, itaque cum resuscitavero, nulla remanebit suspicio ..... Si quis vero dicat
cur somnum suspicabantur esse discipuli, neque noverunt mortuum esse, cum diceret: Vadam et cur[illegible]
eum? Stultum enim erat, si putarent, Jesum quindecim stadia confecturum esse, ut illum expergef[illegible]
faceret. Respondeo putasse illos hoc ænigma esse, ut alia multa, quæ dicebat ..... Si autem
stadiis quindecim distabat Bethania, quæ sunt milliaria duo, quomodo quatriduanus erat Lazarus? transi[illegible]
duobus diebus, et pridie venerat nuncius eo ipso mortis die. Deinde quarto die advenit. n. 2. [illegible]
19. Multi autem ex Judæis etc. Hæc porro dicit Evangelista Lazari mortem confirmans n. 2 .... Sed statim
illæ (le sorelle di Lazaro) magistrum [illegible] credebant utique [illegible] Christum, sed non ut par erat
Nondum enim perfecte sciebant, nec Deum esse, neque sua [illegible] potestate, et auctoritate hæc facere. quod utrum[illegible]
[illegible] edocuit. Quod autem ignorarent patet ex eo, quod hæ dixit, si fuisses hic, frater noster non esset mortuus
[illegible] de virtute prædito et conspicuo viro loquen[illegible]
addiderunt 22. quæcumque petieris a Deo, dabit tibi; [illegible] illud confitens, quæcumque petieris. Neq[illegible]
Vide autem quid Christus respondeat. 23. Resurget frater tuus. Si dixisset enim: O mulier, adhuc terram requi[illegible]
enim dixit, Petam, sed quid? Resurget frater tuus. Si dixisset enim: ... hæc molesta fuissent; et mulierem offendissent. Nunc
absens non egeo auxilio, a me ipso omnia facio; hæc molesta fuissent; et mulierem offendissent. Nunc
vero dicens: resurget, medium tenuit modum; et per sequentia ea quæ dixi, subindicavit. Dicente
vero illa 24. Scio quia resurget in novissimo die, clarius suam ostendit auctoritatem, dicens 25. Ego
sum resurrectio et vita, commonstrans se non alterius auxilio egere, siquidem ipse vita est. ...
Rursum illa dicente, quæcumque postulaveris ille reponit: qui credit in me etiamsi mortuus fuerit, vivet
Ostendens se bonorum datorem esse, et a se petendum esse. 26. Et omnis qui vivit etc. Vide, quomodo
mentem ejus erigat. Non enim tantum quærebatur resurrectio Lazari, sed oportebat et hanc, et qui
progredientes cum illa erant, resurrectionem edocere.... Non enim [illegible] fuisset gratia repente [illegible]
nisi [illegible] etiamsi mortuus fuerit 25. si hac nempe morte mortuus fuerit... 26. non morietur
[illegible] illa videlicet morte [illegible] de eventu [illegible] adesset, tum dicens eum [illegible]
resurrectionem, tum hæc proferens, ego sum resurrectio [illegible] et iterum moriatur
nihil mali passurus sit. Itaque [illegible] est hæc mors formidanda, hoc est neque ipsa [illegible]
vos morientur. 27. Credis hoc? ait illa: Credo quia tu es etc. Videtur mulier [illegible]
Novit certe magnum esse quiddam, sed totum non intellexit. Ideo de alia re interrogata, de alia respondi[illegible]
Id vero interim lucrata est, quod luctum poneret. Hæc quippe virtus est verborum Christi. n. 3.

S. Jo. Chrysost. in Joann. hom. 63. al. 62.

Cap. 11. 33. Jesus ut vidit plorantem infremuit spiritu, et turbavit seipsum. . . Humanam autem exhibet naturam: lacrymatur enim, et turbatur. Solet quippe luctum humanus affectus excitare. Deinde affectum corripiens: illud enim, infremuit spiritu, hoc significat. turbationem cohibuit, et sic interrogat: 34. Ubi posuistis eum? ne flendo interrogaret. Cur autem interrogat? Quod nollet se se prodere; sed omnia cuperet ab illis edisci rogatus, ita ut omni suspicione liberum foret miraculum.

Cur de industria identidem dicit Evangelista lacrymatum illum esse, et infremuisse? Ut discas illum vere naturæ nostræ indutum fuisse. Quia enim plura de ipso, majoraque quam quivis alius palam dixerat vir unus in corporeis humilior dicit... Si enim nostræ non fuisset naturæ, non a luctu semel, et iterum correptus fuisset. . . . 39 Tollite lapidem. Cur non absens vocavit, et surgere jussit? imo cur non adhuc superposito lapide suscitavit? Nam qui poterat corpus mortuum voce movere, et animatum ostendere, multo magis voce lapidem removisset: qui vinctum fasciis, et impeditum, voce ut ambularet effecit, longe facilius lapidem removisset. Quid dico? Etiam absens hoc facere potuit. Cur ergo non fecit. Ut ipsos miraculi testes faceret. ne iidipsum dicerent, quod circa cæcum: hic est, non est hic. Ipsæ namque manus et quod venisset ad sepulchrum, testimonio erant, eundem ipsum esse. . . . Nunc autem cum ad sepulchrum venerint, lapidem removerint, suisque ligatum a vinculis solverint, et amici qui ex sepulchro retulerant, ex pannis illum agnoverint, quod sorores non abscesserint, quod altera dixerit jam fœtet, quatriduanus enim est; jam hæc omnia abunde poterant improbos ipsi miraculi testes cohibere. &c

Homil. 64. al. 63.

41. Quid autem infirma, si illi precandum fuit? Sed videamus quæ sit oratio: Pater gratias ago tibi quia audisti me. . Quis unquam ita precatus est? Priusquam quid aliud loquatur, dicit, gratias ago tibi, ostendens se precibus non egere. Ego autem sciebam quia semper me audis. Hoc dixit non quod ipse non posset, sed quod una esset voluntas. Cur precandi forma usus est? non me, sed illum dicentem audi: propter circumstantem turbam, ut cognoscant quia tu me misisti. &c.

[illegible]

B. {}

S. Hilarius in Matth. C. 27.

52. Et monumenta aperta sunt. Erant enim mortis claustra reserata. c. 33. n. 7. Ut autem infidelitatis principes Israeli accumularetur, centurio, et custodes hanc totius naturae perturbationem contuentes Dei filium confitentur. n. 7.

Quod vero primum mulierculae Dominum videant, salutantur, gaudere adstruuntur, nuntiare apostolis jubentur, ordo in contrarium causae principalis est redditus, ut quia a sexu isto coepta mors esset, ipsi primum resurrectionis gloria, et visus, et fructus, et nuntius redderetur. n. 9.

S. Hilarius in Matth. C. 23

[illegible] C. 24 n. 3

15 Quorum (proselytorum) futurorum multis in uno indicatur: neque enim post Christi praedicationem [illegible] [illegible] fide relicta est. C. 24 n. 5

Cap. 24 v. 17. Quid autem est, et qui in tecto sunt non descendat tollere aliquid de domo: [illegible] secundum humanam [illegible] rationem dicti, [illegible] non recipit. Qui enim in tecto est, et [illegible] relicturus [illegible] descendens ex eo abire non potest. Aut quae utilitas est consistere in tecto, et non in domo manere? Sed frequenter admonemus proprietates verborum, et locorum contuendas, ut momenta praeceptorum [illegible] consequamur. Tectum est domus [illegible] et habitationis totius celsa perfectio. Domus enim nulli dici poterit, vel esse sine tecto. Cap. 25. n. 5.

45 Quisnamque est fidelis servus et prudens et. Vide in Breviario. cap. 27. n. 1. usque [illegible] sit [illegible] melius sit. Deis n. 2. usque: [illegible] vexaverit.

[illegible] Rom. Cap. 10 [illegible]. Denique tuba excitante sponso [illegible] obviam prodiit, [illegible] ambo [illegible], quia [illegible] nam spiritalem humilitas carnis excesserit. Cap. 27. 4. Oleum boni operis est fructus. ib. Vasa humana sunt corpora, intra quorum ~~[illegible]~~ viscera thesaurus bonae conscientiae recondendus est. ib. Nuptiae immortalitatis assumptio est, [illegible] poenitentiae tempus est. Exspectantium somnus credentium quies est, et in poenitentiae ~~[illegible]~~ tempore mors temporum universorum. Nocte media clamor [illegible] ignorantibus [illegible] vox est Domini praecedentis adventum, et universos, ut obviam sponso exeant excitantis. ibid. C. 27. n. 4

[illegible] virgines hae sunt, quae opportunum in corporibus operandi tempus amplexae in primo se occursum adventus dominici praeparaverint. Fatuae autem, quae dissolutae ac negligentes praesentium [illegible] sollicitudine [illegible] immemores promissionum dei [illegible] spem [illegible] [illegible] n. 5. [illegible]

14. Homo peregre proficiscens, etc. Peregrinationis tempus poenitentiae spatium est: quo [illegible] dei [illegible] [illegible] universo [illegible] fidei atque gratiae evangelicae permisit n. [illegible]

20. Qui quinque etc. [illegible] Igitur jubetur in gaudium domini introire, id est in honorem gloriae Christi recipitur. n. 7. 8

[illegible] autem [illegible] [illegible] operationem fidei [illegible], et quae [illegible] crediderant, [illegible] [illegible] n. 8

Matth. C. 26. Post quae Judas proditor indicatur, sine quo [illegible] calice, et fructu [illegible]: dignus enim aeternorum sacramentorum communione non fuerat. Nam discessisse statim hinc intelligitur, quod cum turbis reversus ostenditur. Neque sane bibere cum domino poterat, qui non erat bibiturus in regno: cum universos tunc bibentes ex vitis istius fructu bibituros secum postea polliceretur. Cap. 30. n. 2.

33. Sed Petrus pro fidei suae calore respondit, caeteris licet scandalizantibus, nunquam se scandalizandum. n. 3.

In Christo enim Deus erat mundum reconcilians sibi. ex 2. Cor. 5. 19. hic Cap. 31. n. 3.

[illegible] est: Tristis est anima mea usque ad mortem. Numquid ait: tristis est anima mea propter mortem? Certe [illegible] Nam si de morte erat metus, ad eam utique referri [illegible] erat debuit. Sed aliud est usque in id, aliud ob id metuere. n. 5.

[illegible] Cap. 32. n. 4.

74. Et vere saepe jam sine piaculo hominem negabat, quem dei filium primus agnoverat.

C. 27. 4. Qui responderunt, quid ad nos? tu videris. Professio audita, atque [illegible] est. Emisse se justi sanguinem [illegible] et extra judicii reatum futuros esse se credunt: cum tamen dicendo tu videris, facinus ipsum in vendente constituant; contra autem vendentis testimonio scelus ementium confirmetur. n. 5.

In corbanam, id est in oblationum pecuniam. n. 6.

7 Interrogant autem Pilato, an ipse esset rex Judaeorum, respondit Tu dicis. Sed quam diversus sermo est, qui fuerat ad sacerdotem. Illi enim quaerenti an ipse Christus esset dixerat: tu dixisti. Hoc ideo, quia lex omnis venturum Christum [illegible] sacerdotem [illegible] ex lege ipse dixisset, tum dicaverit, responderetur, tamquam de praeteritis sacerdoti, quia semper venturum Christum ex lege [illegible]. [illegible] vero legis ignaro interroganti an ipse esset rex Judaeorum dicitur, tu dicis: quia per fidem praesentis confessionis salus gentium est; et quod hoc de se ille, qui antea ignorabat loquatur, quod hi negant, qui antea loquebantur. n. 7

30. Capiti ut opere de illo calami non grandis injuria est. C. 33. 3.

Procedentes autem homines [illegible] Cyrenaei lignum passionis imponunt. Indignus enim Judaeus erat Christi crucem ferre: quia fidei gentium erat relictum et crucem accipere, et compati. Locus deinde crucis talis est, ut positus in medio terrae et tamquam in vertice hujus universitatis existens ad [illegible] dei cognitionem universis gentibus esset aequalis. Oblatum quoque vinum felle admixtum bibere recusavit: non enim [illegible] gloriae incorruptioni peccatorum [illegible] miscetur. Vestis vero ejus sorte potius divisa quam scissa mansuram incorruptionem corporis indicabat.

Cap. 33. n. 4

Sed quia per diversitatem fidelium, atque infidelium fit omnium secundum dexteram, sinistramque divisio: unus ex duobus ad dexteram situs fide justificatione salvatur. n. 5.

denique in Joanne (19. 30) postquam [illegible] dixit consummatum est: quia omne vitium humanae corruptionis [illegible] et quia nihil [illegible] esset extrinsecus, spiritum cum clamore et voce magna emisit. n. 6.

19 Videns fici arborem et. Continendum autem est quia intra synagoga ficus arbori comparatur. Haec namque arbor dissimiliter a ceterarum arborum et natura et conditione florescit. Nam flos ei primus in pomis est, sed non in his, quae maturitatem, ut emerserint, consequantur. Grossa enim haec et communis usus; et prophetica auctoritas nuncupavit. Verum postea interna fecunditatis virtute exuberante ejusdem speciei atque formae poma prorumpunt, quibus prorumpentibus isti truduntur, et devolutis quibus continebantur radicibus decidunt, aliaque illa exeuntia usque ad maturitatem fructuum provehuntur. Sed de superioribus illis si quando inciderit ut in sinu virgularum ex ramulo eodem prodeuntium emerserint, manent semper, et non sicut grossa cetera decidunt, sed haerent sola tantum poma in cetera maturitate provenient. Et hos pulcherrimos fructus arbor illa ex se dabit, qui cum grossis ceteris promergentes de medio utrarumque virgularum claviculo proferuntur. Inter ex conditione arboris propria et competens synagogae similitudo proposita est. Cap. XX. n. 8. Primos enim populi fructus, quos ab exordio protulerat, grossorum amisit exemplo: quia plebem eius inutilem fidelis, et pertinax et usque ad consummationem temporum manens populus gentium protrusit. Verumtamen credentes primi ex Israel Apostoli et inter legem et evangelia grossorum modo ingruentes ceteros resurrectionis gloria et tempore anteibunt. n. 9.

C. XXI. 33. Et aedificavit turrim. In turri autem eminentiam legis extruxerit, quae et in caelum ex sese egressa proveheret, et ex qua Christi specularí posset adventus. C. XX. n. 1. Consilium vero colonorum et haereditatis occiso haerede praesumptio quae inanis est gloriam legis perempto Christo posse retineri. n. n. 16.

C. XXII. 1 Homo rex fecit nuptias filio suo. Verum hae nuptiae vitae caelestis et in resurrectione suscipiendae aeternae gloriae sacramentum est. Merito igitur a Patre sunt factae, quia aeternitatis hujus societas et novi corporis desponsa conjunctio jam perfecta habebatur in Christo. C. XX. n. 5.

11 Vestitus autem nuptialis est gloria Spiritus Sancti, et candor habitus caelestis: qui bonae interrogationis confessione susceptus usque in caetum regni caelorum immaculatus, et integer reservetur. Hic itaque tollitur, et in exteriores tenebras mittitur, quia multi vocati sunt, et pauci electi. Non est igitur paucitas in invitatis, sed raritas in electis: quia in invitatione sine exceptione publicae bonitatis humanitas est; in invitatis vero de judicio merito probitatis electio est. C. XX. n. 7.

[21.] Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae Dei Deo. O plenam miraculi responsionem, et perfectam dicti caelestis absolutionem! Ita inter contemptum saeculi, et contumeliam laedendi Caesaris temperavit, ut curis omnibus et officiis humanis devotas Deo mentes absolveret, cum Caesari, quae ejus erant reddenda decerneret. Si enim nihil ejus penes nos resederit, conditione reddendi ei quae sua sunt non tenebimur. Porro autem si rebus illius incubamus, si jure potestatis suae utimur, et nos tamquam mercenarios alieni patrimonii procurationi subjicimus, extra querelam injuriae est, Caesari redditur quod Caesaris est; Deo autem quae ejus sunt propria reddere nos oportere, corpus, animam, voluntatem; ab eo enim haec profecta atque aucta retinemus et [illegible] ut se totum reddant, cui debere se recolunt et originem et profectum. Cap. XXIII. n. 2.

23. Sadducaei dicunt non esse resurrectionem. Atque ita quidem publica opinio accepit, de resurrectionis conditionibus nihil Scripturis [illegible] perplexitatis contexit. Sed Dominus [illegible] Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. Ergo scriptum est, et cessare debet ambiguitas, quam auctoritas [illegible] condemnat n. 4.

31 Non legistis, ego sum Deus Abraham? Sermo enim hic ad Moysen sanctis [illegible] patriarchis [illegible] an eidem quiescentibus extitit. Ergo quorum erat Deus, hi Deum habebant. Nihil autem aeternum habere, si non erat qui ea [illegible] rei est, ut esse id necesse sit, cujus est aeternum. Atque ita Deum habere vivendi est, cum Deus aeternus sit, et non sit eorum qui mortua sunt habere id quod aeternum est. Et quomodo esse illi, qui tunc semper negabuntur, quorum esse profitetur aeternitas n. 5.

[42.] Quaerit autem, quomodo in Spiritu Dominum a David nuncuparetur, qui ejus filius futurus esset. Et quomodo ab eo dictum esset: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Erat autem verum Christum ex David semine procreandum. Ad similitudinem nominis [illegible] Dominus Domino dicebat: et quem a dextris collocaret, donec ei inimicos subderet pedibus ipsius, significabat et de concordia nominis [illegible] unitatem, et assidendi invitatione [illegible], et de universorum subjectione virtutem, ut meminissent in eo qui ex David oriebatur aeternae virtutis et potestatis, et originis substantiam continere, et Deum in homine mansurum n. 8

S. Hilarius in Matth. C. 26.

17. Et dignum plane confessio Petri praemium consecuta est, quia dei filium in homine vidisset. Beatus hic est, qui ultra humanos oculos et intendisse, et vidisse laudatus est. non id, quod ex carne, et sanguine erat contuens, sed dei filium caelestis patris revelatione conspicans; dignusque judicatus qui quid in Christo dei esset, primus agnosceret. O in nuncupatione novi nominis felix Ecclesiae fundamentum, dignaque aedificatione illius petra, quae infernas leges et tartari portas, et omnia mortis claustra dissolveret! O beatus caeli janitor, cujus arbitrio claves aeterni aditus traduntur, cujus terrestre judicium praejudicata auctoritas sit in caelo, ut quae in terris aut ligata sint, aut soluta, statuti ejusdem conditionem obtineant et in caelo. n. 7. C. 16.

20. Praecepit discipulis ut nemini dicerent, quia ipse esset Jesus Chr. Jubet etiam discipulis ne cuiquam loquantur, quod ipse est Christus: alios enim Spiritus sui esse testes oportebat, legem videlicet et prophetas. Caeterum resurrectionis testimonium proprium est apostolorum. n. 8. C. 16.

22. Absit a te domine. Denique in passionis detestatione est (Petr.) ut dixerit, Absit: quo verbo rei detestandarum execratio continetur. Ibid. C. 16.

Cap. 17. 11. Elias restituet omnia. Quibus respondet Eliam esse venturum, et restituere universa, id est reliquum, quod deprehenderit ex Israel ad cognitionem dei revocaturum. C. 17. n. 4

19. Propter incredulitatem vestram. Crediderant quidem apostoli: nondum tamen erant perfectae fidei. Nam domino in monte demorante et ipsis cum turba residentibus quidam tepor eorum fidem relaxaverat; atque idcirco ait: Generatio incredibilis, et perversa, quousque ero vobiscum? n. 6.

C. 18. 1. Quis major in regno caelorum? Non nisi reversos in naturam puerorum introire regnum caelorum dominus docet, id est in simplicitatem puerilem vitia corporis nostrorum, animique revocanda. Pueros autem credentes omnes per audientiae fidem nuncupavit. Hi enim patrem sequuntur, matrem amant, proximo velle malum nesciunt, curam opum negligunt, non insolescunt, non oderunt, non mentiuntur, dictis credunt, et quod audiunt verum habent. Et haec omnium affectionum assumpta in nobis et consuetudo et voluntas caelorum iter pervium praestat. Revertendum igitur est ad simplicitatem infantium, quia in ea collocati, speciem humilitatis dominicae circumferemus C. 18. n. 1.

C. 19. 5. Dimittet homo patrem, etc. In eo sermone qui de uxore, et de repudio est occurrit illud, aliter scriptum esse in Genesi, quam nunc in praesens dominus sit loquutus. Hic enim sub verbis Adae res omnis refertur: hic dominus indicat ab eo qui et hominem figuraverit, et mulierem fecerit omnia illa dicta esse. Sed nos sequuti apostolicam auctoritatem qui hoc mysterium grande esse professus est, se autem in Christo, atque in Ecclesia accipere, locum hunc sicuti est intactum relinquamus. Admonemus tamen legentem, ut quotiescumque de hoc eodem quaerit ne se consulat verborum virtutes, et quibus dominus responderit, et quibus discipuli usi sint diligenter advertat. Pauli autem apostoli de hoc affectum vel silentio, vel interdum in aliis locis tractantis expendat. C. 19. n. 2.

C. 20. 1. Exiit primo mane, et circa tertiam, sextam, nonam, et undecimam. In primo igitur hora temporis constituti testamenti ad Noe ex matutini significatione noscendum est. Tertia autem hora ad Abraham, sexta ad Moysem, nona ad David, et prophetas. Totidem enim testamenta humano generi constituti per singulos reperiuntur, quotidem ad forum enumerantur egressus. In undecima autem hora corporei adventus domini tempus ostendit, nam ex omni numero quis spatio est praesentis saeculi constitutus in eam rationem convenit ortus ejus ex Maria, ut quam undecimae horae tempus ex die est. Divisionem enim per quingentenarium numerum facta in omni sex millium annorum summa tempus corporei ortus eius undecimo divisionis totius calculo supputatur. C. 20. n. 6.

Nam cum spopondisset dominus viruros quosdam de apostolis antequam mortem gustarent, filium hominis venientem in regno suo; assumptis Petro et Jacobo, et Joanne apparuit cum gloriae suae habitu, Moyse et Elia in monte comitantibus. Cap. 20. n. 10.

Cap. 21. 9. Nam hosanna Hebraeo sermone significatur redemptio domus david. Cap. 21. 3.

19. Et justificata est Sapientia a filiis suis. A his scilicet, qui vim facientes regno glorium promissum fidei justificatione diripiunt. n. 9. C. 11

30. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. Et quid jugo ipsius suavius, quid onere levius, probabilem fieri, scelere abstinere, bonum velle, malum nolle, amare omnes, odisse nullum, terna consequi, praesentibus non capi, nolle inferre alteri, quod sibi ab perpeti sit molestum. n. 13. C. 11

Matth. 12. 7. Misericordiam volo et non sacr. Opus salutis nostrae non in sacrificio, sed in misericordia est; et lege cessante in dei bonitate salvamur. Cap. 12. n. 5.

20. Donec eiciat victoriam ad judicium, sublata scilicet mortis potestate ... in nomine ejus per fidem gentibus credituris. n. 10.

31. Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur. Sanxit ... sententia et eorum, qui ita cum his sentiunt perversitatem severissima definitione condemnat, peccatorum omnium veniam permittens, et blasphemiae spiritus indulgentiam abnegans. Nam cum cetera dicta ... liberali venia relaxentur, caret misericordia, si Deus negetur in Christo. n. 17. Ceterum medium se agere, et Christo aliquam deferre, negare quae maxima sunt, venerari tamquam Deum, dei communione spoliare, haec blasphemia spiritus est: ut cum per admirationem operum tantorum dei nomen detrahere non audeas; per malevolentiam mentis et sensus generositatem ejus quam confiteri cogeris in nomine, abnegata paternae societatis communione decerpas. n. 18.

47. Nuntianti sibi, quod foris a matre, atque a fratribus expectaretur, manum in discipulos extendens, eos sibi fratres esse, matremque respondit, et quicumque voluntati paternae obsequutus esset, eum esse et fratrem, et sororem, et matrem. formam se ipsum universis agendi, sententiaeque constituens propinquitatum omnium jus, atque nomen jam non de conditione nascendi, sed de ecclesiae communione retinendum. n. 24

C. 13. 12. Qui autem non habet, et quod habet auferetur ab eo. Damnum scilicet legis ex fidei inopia declarat. quam fidem Judaei non habentes legem quoque quam habuerant perdiderunt. Cap. 13. n. 12.

33. Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae mensuris tribus, donec fermentatum est totum. Fermentum de farina est, quod virtutem acceptam acervo generis sui reddit. Huic se Dominus comparavit, quod acceptum mulier, synagoga scilicet per judicium mortis abscondit, arguens legem, et prophetas Evangeliis dissolvi. Hic autem farinae mensuris tribus, idest legis, prophetarum, Evangeliorum aequalitate coopertum omnia unum fecit: ut quod lex constituit, prophetae nunciaverunt, id ipsum Evangeliorum profectibus expleatur. Suntque omnia per dei spiritum ejusdem et virtutis, et sensus, nihilque aliud ab aliis mensuris aequaliter fermentatum dissentiens reperitur. C. 13. n. 5.

44. Per similitudinem thesauri in agro spei nostrae opes intra se positas ostendit: quia Deus in homine sit repertus in cujus pretium omnes saeculi venderdae sunt facultates, ut vestitu cibo, potuque indigentium aeternas caelestis thesauri divitias comparemus. n. 7.

45. Et de margarita par ratio est. n. 8.

55. Sed plane hic fabri erat filius, ferrum igne vincentis, omnem saeculi virtutem judicio decoquentis, massamque formantis in omne opus utilitatis humanae: informem scilicet corporum nostrorum materiem in diversa membrorum ministeria, et ad omnia aeternae vitae opera fingentis. C. 14. n. 2.

C. 14 in mirac. 5. pan. Vincit autem humanam intelligentiam opus facti.... Non quinque multiplicantur in plures, sed fragmentis fragmenta succedunt, et fallunt semper profecta frangentes. Crescentis deinde materies: nescio utrumne in mensarum loco, an in manibus sumentium, an in ore edentium. n. 12.

Matth. C. 15: 32. Misereor turbae huic, quia triduum est jam, quod perseverant mecum. n. 6. C. 15.

Matth. C. 16. 4. Et relictis illis abiit. Non sicut loco alio legitur dimissis turbis abiit: sed quia infidelitatis error insistentium animos obtinebat, non dimisisse eos sentitur, sed reliquisse. n. 13. C. 15

13. Quem dicunt homines esse filium hominis? Et certe filium hominis contemplatio corporis praeferebat: sed addendo, quem me esse dicunt? significavit, praeter id, quod in se videbatur esse aliud sentiendum, erat enim hominis filius. Quod igitur de se opinandi judicium desiderabat? Non illud arbitramur, quod de se ipse confessus erat, sed occultum erat, de quo quaerebatur, in quod se credentium fides debebat extendere. n. 7

27. Qualis hic homo est, quod venti et mare obediunt ei? Cap. 8. n. 12.

28. Occurrerunt ei duo homines dæmonia habentes de monumentis exeuntes, periculosi nimis. n. 13:

Cap. 9. 2. Non dicitur paralytico, sanus esto; non dicitur surge, et ambula; sed dicitur: constans esto fili, remissa sunt tibi peccata tua. n. 5.

9 Publicanorum nomen ex vita est, qui relictis legis operibus, gerere se non communi et publico maluerunt. Cap. 9. n. 10.

16. 17. Ut autem intelligerent, non posse sibi in veteribus positis perfecta hæc salutis sacramenta committi, comparationes ... complura. Pannum rudem vestimento veteri non addi, quia vetustatis infirmitatem virtus adjumenti rudis disrumpit: et vinum novum veteribus utribus non infundi, fervente enim musti calore utres veteres abrumpi; infirmas videlicet vetustate peccatorum et animas et corpora novæ gratiæ sacramenta non capere. Fiet enim scissura pejor; utrorumque vino utres veteres peribunt. Duplex enim talium erit reatus, si præter vetustatem peccatorum, ... virtutem novæ gratiæ non sustinebunt: atque ideo et Pharisæos, et discipulos Joannis nova non accepturos esse, nisi novi fierent. Cap. 9. n. 7.

18. ... princeps unus accessit. Princeps hic lex esse intelligitur ... Nam nullum principem credidisse legimus ... persona principis hujus ... merito in typum legis aptabitur. n. 5.

33. Et ... dæmonio locutus est mutus. Et in eo rerum ordo servatus est. Nam dæmon primo ejicitur, et tum reliqua corporis officia succedunt. De quippe cognitione superstitionum omnium vesania effugata, et visus, et auditus, et sermo salutis invehitur. n. 10.

36. Videns autem turbas, misertus est quod essent vexatæ, et jacentes, et reliqua. Verborum virtutes non minus ... introspicere quam rerum. quia ut diximus, paria in dictis, atque in factis significationum momenta consistunt. Cap. 10. 1.

10. 7. Prædicate quia appropinquavit regnum cælorum. Prædicant regnum cælorum propinquare, imaginem scilicet et similitudinem Dei nunc in consortium veritatis assumi; ut sancti omnes qui cæli nuncupati sunt, domino conregnent. ... gratis, quod gratis acceperunt jubentur ut sit scilicet ministratio gratuita muneris gratuiti. n. 9.

15. Tolerabilius erit in die judicii terræ Sodomorum et Gomorrhæorum erit, quam civitati illi: quia illis ignoratio Christi ... sit levius, his vero inexpiabile sit aut prædicatum non recepisse, aut receptum non sancte neque catholice prædicasse n. 10. 11.

30. Vestri capilli numerati sunt. In numerum autem aliquid colligi, diligentiæ ac sollicitudinis cura est: neque enim dignum negotium est peritura numerare. Ut igitur nihil ex nobis periturum esse cognosceremus, quia multis passeribus meliores sumus, ipso capillorum nostrorum supputatorum numero indicatur salvis nobis ex solido futuris: cum quod innumerabile in nobis sit conservandi et affectu, et potestate numeretur. n. 20.

35. Veni enim separare filium adversus patrem, et inimici hominis domestici ejus. ... Et idcirco illi qui domesticas nominum caritates dilectioni ejus prætulerint futurorum bonorum indigni erunt hæreditate. n. 24.

38. Qui non accipit crucem suam ... Quia qui Christi sunt, crucifixerunt corpus cum vitiis ... concupiscentiis. n. 25.

Matth. Cap. 11. 2. Joannes misit duos ad Christum. Joannes non suæ, sed discipulorum ignorantiæ consulit: ipse enim venturum in remissionem peccatorum prædicavit; sed ut scirent non alium a se prædicatum ad opera ejus intendit. Discipulos suos misit: ut auctoritatem dictis suis illius opera conferrent, neque Christus alius exspectaretur, quam cui testimonium opera perhibuissent. C. 11. n. 2.

5. Pauperes evangelizantur. Pauperes scilicet ... idest qui perdiderint animam, qui crucem suam acceperint, et secuti sunt, qui humiles spiritu fiant, quorum regnum præparatur in cælo. n. 3.

12. A diebus Joannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. Ut rerum natura exigit, vim potius afferri ... neque erit, cui vis afferatur. Quid ergo est, quod dispensat, quodque vim patitur contuendum est. Infidelitatem discipulorum Joannis dominus adverterat, turbæ etiam opinionem de quo nuntio intellexerat, in crucis scandalo ingens fidei periculum ... Ire potius ad Apostolos, ad oves Israel perditas jusserat: ipsos constitui oportebat in regno, et in domo, et hæc, et Jacob familia, atque agnatione veteri. Sed omnis hæc prædicatio profectum publicanis, et peccatoribus afferebat. Ex hisce enim jam credentes, ex his jam Apostoli, ex his jam regnum cælorum. Ceterum Joanni a plebe non creditur, auctoritatem Christi opera non merentur, crux futura erat scandalo. Jam prophetia cessat, jam lex expletur, jam prædicatio omnis includitur jam illius spiritus in Joannis voce præmittitur. Aliis Christus prædicat, et ab aliis agnoscitur. Aliis nascitur, et ab aliis diligitur. Sui eum respuunt, alieni suscipiunt: proprii insectantur, complectuntur inimici. Hæreditatem adoptio expetit, familia rejicit. Testamentum filii repudiant, servi recognoscunt. Itaque vim regnum cælorum patitur, inferentique diripiunt: quia gloria Israel a patribus debita, a prophetis nuntiata, a Christo oblata, fide gentium occupatur ... rapitur. n. 7.

S. Hilarius in Matth. C. 6.

De Orationis autem sacramento necessitate nos commentandi Cyprianus vir sanctæ memoriæ liberavit. Quanquam et Tertullianus hinc volumen aptissimum scripserit: sed consequens error hominis detraxit scriptis probabilibus auctoritatem. Cap. 5. n. 1.

16. Cum jejunatis etc. Jejuniorum professionem dicit extra jactantiæ confessionem corporis esse quærere. n. 2. Cæterum [illegible] in jejuniis nominum conscientiam, unde cupidiatæ et ridiculi magis erimus, et cogniti. n. 2

24. Nemo p. duob. Dom. serv. Duorum dominorum infidele servitium est, nec par ejusdem potest esse ad seculum, atque ad Deum cura. n. 5.

Matth. C. 7. 6. Nolite dare sanctum can. neque mitt. margar. et reliqua. Præceptis et promissis Dei nihil pretiosius sanctiusque est, quæ sanctificatis nobis immortalitatis thesaurum largiuntur. Haud igitur sacramenta atque virtutem neque in gentes efferre, neque cum hæreticis conferre permittimur. Canes enim de oblitandi adversus Deum more gentes sunt nuncupatæ. Porcorum vero hæreticis est nomen quia quamvis dignitate fidei sint, acceptam tamen dei cognitionem non ruminando dispendunt. Ergo et concorporationem verbi dei, et passionis mysterium, et virtutem resurrectionis non promiscue tractare nos convenit, neque imperite, incurioseque proferre. ne ignorantiam nostram si perfectæ scientiæ desit instructio proterant, atque conculcent, et infirmitatem in deo passionis irrideant, conversique in nos contradictionis aculeis imperitiam nostram, et semper dirumpant. Cap. 6º n. 1.

13. Intrate per angustam portam. etc. Attendite a pseudoprophetis etc. Et quia paucorum esset viam angustam incedere, fraudulentium comminationem [illegible] exponit dicens 15. attendite a pseudoprophetis [illegible] ad vos in vestimentis ovium, etc. blandimenta verborum, et mansuetudinis simulationem admonet fructu operationis expendi oportere. et non qualem quis se verbis referat, sed qualem se rebus efficiat spectemus: quia in multis vestitu ovium rabies lupina contegitur. n. 4.

Nunquid enim meriti est domino dicere: Domine Domine? nunquid dominus non erit, nisi fuerit dictus a nobis? et quæ officii sanctitas est nominis nuncupatio, cum cælestis regni iter obedientia potius voluntatis non Dei nuncupatio reperturum sit. ibid.

22. Multi mihi dicent in illa die, Domine Domine nonne in tuo nomine prophetavimus et reliqua. Quamvis praeclarum [illegible] Judæorum et hypocritarum simulamenta condemnat, qui gloriam sibi ex verbi virtute præsumunt in doctrinæ prophetia, et dæmonum fuga et istiusmodi operum virtutibus, atque hinc sibi regnum cælorum pollicentur. Quasi vero eorum aliquid proprium sit, quæ loquuntur, aut faciunt, et non omnia virtus dei invocata perficiat. cum doctrinæ scientiam lectio afferat, dæmonum fugam Christi nomen exagitet. De nostro igitur est beata illa æternitas promerenda, præstandumque est aliquid ex proprio, ut bonum velimus, malum omne vitemus, totoque affectu præceptis cælestibus obtemperemus. ac talibus officiis cogniti deo simus, agamusque potius quod vult, quam quod potest gloriemur: repudians eos, ac repellens, quos a cognitione sua opera iniquitatis averterint. n. 5. ibid.

Cap. 8. 5. Non inveni tantam fidem in Israel. Non erat tribunus iste ex gentibus. et quomodo in Israel fides talis non est reperta cum qui crederet esset Israelita? Cap. 7. n. 5.

[illegible] non nos intelligendum fingimus. sed quæ in ipso intelligendum nobis imperantur. Verum enim res intelligentiæ, sed res intelligentia subsecundat. n. 5.

Discipulorum nomen non in duodecim tantum apostolis vertendum existimandum est. Nam præter apostolos plures [illegible] discipulos legimus. Ex omni igitur turba quidam fuit jubetur electio: eorum scilicet, qui Dominum per multa [illegible] hujus pericula et jactationes essent sequuturi. ib. n. 9.

Cum post hæc discipulus, non interrogans an sequatur, (jam enim sequi oportere se credidit,) sed permitti sibi oravit sepelire patrem. Accepimus in Dominicæ orationis exordio, id primum precandum (Matth. 6.) Pater noster qui es in cælis, ita quia videntis in discipulo populi persona est, admonetur ut meminerit quod pater sibi vivus in cælis est. Tum autem Dominum sileri, quia et debebat, ita ut mortui mortuum sepeliant sed nullum aut linquens officium expectant a mortuis. [illegible] Quomodo ergo mortui mortuos humabunt? Primum igitur ostendit, perfectam inter fidem nullam [illegible] in alterum officiis religione esse debere. Deinde inter fidelem filium, utrumque infidelem [illegible] non reliquum. Non igitur obsequium humandi patris negavit. sed addidit, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos admonuit, non admisceri memoriis sanctorum mortuos infideles. mortuos autem, etiam eos esse, qui extra Deum vivunt. Et idcirco mortua mortuos sibi esse relinquenda, ut mortui separentur a mortuis quia in Dei fidem vivos vivo oporteat adhærere. Cap. 7.

S. Hilarii Pictaviensis in Matth. C. 1. Comment.

Cum enim filius David, atque Abrahe esset ostendendus, quia Matthæus ita cœpit. liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abrahe, non differt quis in originis numero, atque ordine collocetur, dummodo universorum familia cœpta esse intelligatur ab uno. Cap. 1. n. 1.

Generationis autem ratio simplex est. Iam conceptus ex Spiritu Sancto, natum ex Maria Virgine omnium quis prophetarum est. Singulares irreligiosi et a spirituali doctrina admodum alieni occasionem ex eo occupant turpiter de Maria opinandi, quod dictum sit. priusquam convenirent inventa est in utero habens: et illud noli timere accipere Mariam coniugem tuam, et illud: non cognovit eam donec peperit: non recordantes desponsatam fuisse, et dictum in Ioseph volebat eam dimittere, quia iustus ipse nollet in eam legis decernere. Vir[illegible] ne quæ de partu ejus ambiguitas existeret, ipse conceptus ex Spiritu Sancto Christi testis assumitur. Dehinc quia desponsata esset, in coniugem recipitur. Cognoscitur itaque post partum, id est transit in coniugis nomen. Cognoscitur enim, non admiscetur. n. 3. ibid.

[illegible] gravissimi hinc argumentum quærunt, nec auctoritatem, quod plures dominum nostrum fratres habuisse sit traditum. Qui si Mariæ filii fuissent, et non potius Ioseph ex priori coniugio suscepti, nunquam in tempore passionis Ioanni Apostolo transcripta esset in matrem domino ad utrumque dicente Mulier ecce filius tuus, et Ioanni, ecce mater tua: nisi quod ad desolatæ solatium, caritatem filii in discipulo relinquebat. n. 4. ibid.

~~Generat~~ Tali igitur Ioannes habitu prædicans venientes Pharisæos, et Sadducæos ad baptismum progenies increpat viperarum, fructus ut dignos pœnitentiæ ferant monet, neve Abraham patrem habere se gloriantur, quia ex lapidibus deus potens est Abrahæ filios suscitare. Non enim successio carnis quæritur, sed fidei hæreditas. Dignitas igitur originis in operum consistit exemplis. et prosapiæ gloria fidei imitatione retinetur. Cap. 2. n. 3.

C. 3. v. 13. Venit Iesus ut baptizaretur. Ipse quidem lavari egens non erat, quia de eo dictum est, Peccatum non fecit; et ubi peccatum non est, remissio quoque ejus est otiosa. n. 5. ... sed per illum in aquis ablutionis nostræ erat sanctificanda purgatio n. 5. et exemplo sui auctoritate humanæ salutis sacramenta consummat, hominem et assumptione sanctificans, et lavacro. n. 5. ib.

Cap. 4. 1. Nam quod in desertum ductus est, significatur liberum Spiritus Sancti hominem suum iam diabolo offerentis, et permittentis tentandi, et assumendi occasionem, quam non nisi datam tentator habuisset. Cap. 3. n. 1.

Igitur cum esurit dominus, non inediæ subrepsit operatio. sed virtus illa quadraginta dierum non mota jejunio, naturæ suæ hominem dereliquit. n. 2. ib.

C. 5. 5. Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Lugentibus æternæ consolationis solatia repromittit Non orbitates, aut contumelias, aut damna ægrentibus, sed peccata vetera flentibus, et criminum quibus obsordescimus conscientia ærumnosis, hæc sedula in cœlo consolatio præparatur. Cap. 4. n. 4.

6 Sitientibus et esurientibus justitiam beatitudinem tribuit: significans extensam in dei doctrinam sanctorum aviditatem bonis perfectæ in cœlo saturitatis expleri. n. 5

8 Mundis corde conspectum dei spondet. Nihil enim pollutum et sordidum ad occursum divinæ claritatis instituit, et ad conspectum dei acies obsoletæ mentis hebetatur: eos scilicet et vivi, et occursui dei esse patentes, quibus per animi nitorem, ac vitæ puritatem potestas sit contuendi. Non enim nisi spiritu perfecti, et immortalitate immunditi, quod solis mundis corde dispositum est, hoc quod in deo est immortale cernemus. n. 7. ibid.

17. Non veni solvere legem aut prophetas. Lex autem sub velamento verborum spiritalium nativitatem domini nostri Iesu Christi, et corporalitatem, et passionem, et resurrectionem loquuta est: atque id jam ante tempora sæcularia in quatuor nostræ tempus esse dispositum, frequens et prophetica, et apostolica auctoritas est. n. 14. Ne igitur aliud existimaremus in operibus suis esse, quod continebatur in lege, non solvere se legem professus est, sed implere. n. 15. ib.

20. Nisi abundaverit justitia vestra etc. Pulcherrimo ingressu opus legis cœpit ~~[illegible]~~ excedere, ut non dissolveret eam, sed profectu potiore procederet. Dictum Apostolis in cœlum, nisi justitiam Pharisæorum æquitate anteirent denuntians non futurum. Propositis igitur his, quæ in lege præcepta sunt, profectu ea, non abolitione transgreditur. n. 16. ib.

29. Quod si oculus tuus etc. Fit innocentiæ gradus celsior, et profectum fides sumit. Carere enim non solum propriis vitiis, sed et extrinsecus incidentibus admonemur. n. 21. ib.

43 et odies inimicum tuum. et reliqua. conclusit omnia bonitate perfecta. n. 27. ib.

C. 6. 3. Sinistra quoque manu sinistra ut ignoret quæ dextera. Sed numquid illud natura corporum sinit? aut intelligentiæ sensus membrorum ministeria sortiuntur? Verum ut in deo scientia opera nostra consistant: cum sub nuncupatione membrorum in his quæ gerimus, eorum quæ nostra sunt atque nobiscum sunt conscientia arceatur. n. 28. ibid.

35
K

Origenes Homil. 35. in Lucam C. 12. 58.

Quando vadis cum adversario tuo ad principem. Non cum articulo principem posuit, ne certus videretur ostendi, sed sine articulo, ut e duobus unum esse monstraret. quod apud Graecos magis intelligitur.

Et non inde exies nisi reddideris quadrantem, vel novissimum minutum, quod graece lepton di[c]i potest

Homil. 36.

C. 9. 14. C. 17. 33. Qui quaesierit, inquit, animam suam salvare perdet eam et qui perdiderit eam salvabit. ut Martyres quaerunt salvare animam suam propterea perdunt, ut salvent eam. Qui vero volunt salvare animam suam, ut non perdant eam, hi et corpus et animam perdunt pariter in gehennam

Homil. 37

C. 19. 29 Contra Bethphage, et Bethaniam (quibus Bethania interpretatur domus obedientiae; Bethphage vero, domus maxillarum; sacerdotalis quidam locus. maxillae enim sacerdotibus debentur, sicut in lege praecipitur.

Homil. 39.

Aequales enim angelis sunt. C. 20. 36. Simulque discendum, quod Angeli conantia non habeant. Sic vero ubi mors, et nuptiae, et liberi necessarii sunt: ubi immortales, nec coniugio opus est, nec filiis

Quod si forte me fallit, qui plus novit doceat. Libenter disco quod nescio.

Origenes in Lucam hom. 31.

Ergo quod de scripturis diabolus loquatur ad Dominum. Scriptum est enim Angelis suis mandavit de te (al. de te) et in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Vide quomodo et in ipsis testimoniis versipellis est. Vult enim imminuere gloriam Salvatoris. quasi Angelorum indigeat auxilio offensurus pedem, nisi eorum manibus sublevetur. Assumit testimonium, et interpretatur illud de Christo, quod non de Christo, sed de Sanctis generaliter scriptum est. Libere quippe, et tota confidentia contradico diabolo super Christi persona [illegible] non posse intelligi. Neque enim indiget angelorum auxilio qui major Angelis (ad Hebr c. 1.) et melius istis hereditatem consequutus, et nomen.... Non indiget igitur Angelorum [illegible] [illegible] Dei [illegible] potius disce, diabole, quod nisi Jesus adjuverit Angelos, offendent pedem suum. Et si quis Angelorum visus est offendere ille quibus dictum lectum est, quia angelos judicabimus, ideo offendit, quia non extendit manum suam ad Jesum, ut apprehensus ab eo non offenderet. Quomodo enim in propria virtute confidens non invocans presidium Jesu, offendit, et credere in Jesum Christum [illegible] noluit.

Homil. 32.

C. 4. 14. Et regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam. Primum quidem Jesus plenus Spiritu Sancto reversus est a Jordane, et agebatur in Spiritu in deserto diebus quadraginta. Cum tentaretur a diabolo quia adhuc in certamine erat adversus eum, et semel, et bis, non eum additamento aliquo spiritus ponit. Quando vero tres tentationes quas Scriptura commemorat pugnando superavit, quid de Spiritu signanter cauteque ponatur, aut et reversus est Jesus in virtute Spiritus. Virtus addita est, quia conculcaverat draconem, et tentatorem cominus vicerat.

C. 4. 17 ~~Traditus~~ Datus est ei liber ~~Isaiæ~~ Prophetæ Isaiæ, et revolvens librum et locum ubi erat scriptum: Spiritus Domini super me propter quod unxit me. Non fortuitu revolvit librum, et apud se vaticinans reperit lectionem, sed et hoc providentiæ Dei fuit. Sicut enim scriptum est: in plagueum non cadit passer sine voluntate Patris Et quia capilli capitis Apostolorum omnes numerati sunt; sic forsitan et hoc quod Isaiæ potissimum liber inventus est, et lectio non alia, sed hæc quæ Christi mysterium loquebatur: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me.... Evangelizare (ait) pauperibus misit me. Pauperes nationes significant. Isti enim erant pauperes nihil omnino possidentes, non deum, non legem, non prophetas, non justitiam, reliquasque virtutes. Ob quam causam misit eum Deus ut pauperibus nuntiaret. prædicare captivis remissionem. Captivi nos fuimus, quos tantis annis vinxerat Satanas habens captivos sibique subjectos .... Prædicare annum Domini acceptum. Juxta simplicem intelligentiam ajunt, uno anno Salvatorem in Judæa Evangelium prædicasse, et hoc esse quod dicitur prædicare annum Domini acceptum, et diem retributionis.

Homil. 33.

In Capharnaum quando ad lucem historiæ pertinet nec diu moratus est Jesus, nec aliquid in ea signi factum describitur, quippe in qua non fuit. Porro antequam veniret in Capharnaum, in patria sua, hoc est in Nazareth fuisse signatur. Unde dicitis mihi parabolam istam: medice cura te ipsum. Quæcunque audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua. Unde puto aliquid in sermone præsenti latitare mysterii, et Nazareth in typo Judæorum, Capharnaum in typo præcessisse gentium .... Quamobrem mihi videtur consequenti ordine Nazarenis interrogantibus respondisse Salvator: Nemo propheta acceptus est in patria sua. Et puto plus juxta sacramentum, quam juxta litteram verum esse quod dicitur.

Homil. 34.

C. 10. 30. Homo quidam descendebat de Jerusalem in Jericho ... spoliantes eum et vulnera imponentes abierunt eo non mortuo, sed seminece. Pandochium, idest stabulum. Samaritano videlicet qui interpretatur custos. Ad quem loquuti sunt Judæi: Samaritanus es tu, et dæmonium habes. Qui cum negasset se habere dæmonium, Samaritam negare se noluit. Sciebat enim se custodem

Origen. in Lucam Hom. 27.

Miremur quidem Joannem ex his quæ sequuntur, maxime quod inter natos mulierum major Joanne Baptista nemo fuerit, et in tantam opinionem merito virtutis ascenderit, ut a plerisque Christus putaretur. sed aliud multo mirabilius. Herodes tetrarcha habebat regiam potestatem, et poterat eum cum voluisset occidere et cum rem fecisset iniustam et contra legem Moysi, ut uxorem fratris sui acciperet, quæ habebat filiam de priori viro, non eum timuit, non accepit personam, non cogitavit ut dixi regiam potestatem, non formidavit interitum, sciebat eum, etiamsi propheta non esset, quod licentius eum posset occidere. etc.

Quia vero dominus baptizatus est (Matth. c.) et cœli aperti sunt, et spiritus sanctus descendit super eum, vocque de cœlis intonuit dicens: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. dicendum est, in baptismo Jesu cœlum esse reseratum, et ad dispensationem, remissionemque peccatorum non illius, qui peccatum non fecerat (Eph. 4.) neque inventus est dolus in ore eius, sed totius mundi apertos esse cœlos, et spiritum sanctum descendisse. ut postquam dominus ascendisset in excelsum, et captivam duxisset captivitatem, tribueret nobis spiritum qui ad se venerat: quem quidem dederat et resurrectionis tempore dicens: accipite Spiritum Sanctum, si cui dimiseritis peccata dimittantur eis, si cui tenueritis, tenebuntur. descendit enim Spiritus Sanctus super Salvatorem in specie columbæ avis mansuetæ, innocentis, et simplicis. Unde et nobis præcipitur ut imitemur innocentiam columbarum. Talis est Spiritus Sanctus, mundus, et volucris, et sublime consurgens.

Homil. 28.

(in eum Matth.) fecit enim .... descendentem mulierem non quamlibet, sed peccatricem et quam scriptura reprehenderat introducit .... in Matthæo enim (c. 1) ut diximus nominatur Thamar, quæ cum socero fraude concubuit, et Ruth Moabitis, nec de genere Israel et Rahab, quæ unde sumpta sit, scire nequeo, et conjux Uriæ, quæ violavit mariti thorum .... Sed in Matthæo semper generatoris nomen adjungitur. hic vero penitus siletur.

Homil. 29

(c. 4.) Jesus autem plenus Spiritu Sancto. Quando legis in Evangelio: Jesus autem plenus Spiritu Sancto reversus est, et in actibus Apostolorum (c. 2.) nos diu quod repleti fuerant Spiritu Sancti vide ne æquales putes esse Apostolos Salvatori: sed et Jesum Apostolos, et alium quemlibet Sanctorum plenos Spiritu Sancto cognosce secundum mensuram vasculi sui. .... iste autem extra omnes propterea Filius dei erat. .... Omni tentatione, qua tentandi erant homines primus secundum assumptionem carnis tentatus est Dominus. Tentatur autem ob id, ut nos quoque illo vincente vincamus.

Scripturæ sensum diligenter eventilans reor invenire me causam, quare Joannes tentationem domini non descripserit, sed tantum Matthæus, Lucas, et Marcus. Joannes enim qui a Deo exordium fecerat dicens (c. 1) in principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. nec poterat divinæ generationis ordinem texere sed tantummodo quod ex Deo, et cum Deo esset, exponens, adjecit: et verbum caro factum est. Porro quia Deus tentari non potest, de quo ei erat sermo: ideo tentari illud a diabolo non introducit. Quia vero liber generationis Jesu Christi de eo in Matthæi Evangelio narratur et in Luca generatio ejus describitur, et in Marco homo est, qui tentatur, propterea ejus fertur illa responsio: non ex pane solo vivit homo.

Homil. 31.

Adduxit autem diabolus Jesum in Jerusalem. Hoc incredibile est, ut diabolus duceret filium Dei, et ille sequeretur. Sequebatur plane, quasi athleta ad tentationem sponte proficiscens. .... Simulque considera, quomodo tentet diabolus. Non aliunde tentare audet, nisi de divinis libris .... si quando testimonium de Scriptura audiens, vide ne statim loquenti acquiescas, sed considera illum, cuius sit, ac cujus sententiæ, cujus sit voluntatis, ne forte simulet sanctum se esse quomodo non est, et veneno infectus hæreticus sub ovis pelle lupus latitet, ne forte loquatur in eo diabolus de Scripturis. Quomodo autem diabolus per occasionem temporum de Scripturis loquitur, sic e contrario Paulus pro utilitate eorum qui audiunt non solum de Scripturis, sed etiam de sæcularibus libris assumit testimonium, et ait (ad Tit. (c. 1.) Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Et rursum de alio, (Act. c. 17 v. 28) Ipsius enim et genus sumus. Nec non et de Comico (1 ad Cor. 15) Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Sed neque diabolus si de Scripturis loquutus fuerit potent me hac occasione decipere. neque Paulus si de gentilibus litteris aliquod exemplum sumpserit, quoquo modo me eloquiis deterrebit. Ideo enim assumpsit Paulus verba etiam de iis quæ foris sunt, ut sanctificet ea. Videamus

Origenes in Lucam Hom. 21.

Ubi enim dicitur, Vox clamantis in deserto: parate viam domini, rectas facite semitas ejus (Esaj. c. 40.) Vult dominus in vobis reperire viam, ut possit in vestras animas ingredi, et iter suum facere. Preparate semitam, de qua dicitur. rectas facite semitas eius: vox clamantis in deserto. Vox clamat preparate viam. Primum enim vox ad aures pervenit: deinde post vocem imo cum voce auditum sermo penetrat. Juxta hunc sensum a Joanne annunciatus est Christus..... Videamus ergo quid vox de verbo annunciet. Preparate inquit viam Domino. Quam viam domini preparemus? Numquid corpoream? aut potest sermo dei tale iter pergere? An interius preparanda est domino et in corde nostro recta et æqualis semita componenda? Hæc est via, per quam ingressus est sermo dei, qui in humani corporis capacitate consistit. Magnum est cor hominis, et spatiosum, et capax, si tamen mundum fuerit.... Si autem non est parvum tanta capiens, consequenter in illo via domini preparatur, et recta fit semita, ut ambulet in illa sermo dei, atque sapientia.

Homil. 22. in Lug. B. A. v. 5.)

Et quod sequitur, proprie de domino Salvatore est. Neque enim a Joanne omnis vallis impleta est, sed a domino Salvatore. . Quod tamen de gentibus gestum die magis fieri videmus, atque compleri omnis vallis implebitur, quam de populo Israel, qui de excelso depositus est: omnis inquit mons et collis humiliabitur. Mons erat quondam ille populus, et collis qui depositus est atque destructus. Illorum delicto salus gentibus data est, ad æmulandum eos.... Et omnia prava erunt in directa. Unusquisque nostrum pravus erat, si tamen non adusque hodie perseverat: et per adventum Christi qui factus est adanimam nostram prava quæque directa sunt.

Facite fructus dignos pœnitentiæ. Vultis scire qui sunt fructus pœnitentiæ? Charitas fructus est spiritus, gaudium (Gal. c. 5) fructus est spiritus, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, et reliqua hujuscemodi. Si hæc omnia habuerimus, fecimus fructus dignos pœnitentiæ.

Potest Deus de lapid. istis suscit. fil. Abr. Prophetat Joannes novissimus prophetarum expulsionem prioris populi, et vocationem gentium. Illis enim qui de Abraham gloriabantur dicit: et ne incipiatis dicere in vobis metipsis Patrem habemus Abraham. Et de gentibus rursum loquitur: Dico enim vobis, quia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. De quibus lapidibus? non utique lapides irrationabiles corporeosque monstrabat, sed homines insensibles, et quondam duros, qui quia lapides, et ligna adorabant, impletum est illud, quod in psalmo cantatur (115): similes illis fiant, qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. Vere qui faciunt idola, et confidunt in eis similes sunt dissimes, absque sensu, sine ulla ratione in lapides, lignaque conversi sunt.

Homil. 23.

C. 3. 9. Quomodo Spiritus Sanctus in propheta dicat: ecce securis ad radices arborum posita est, debemus inquirere. Ego puto, Israelitico populo nuntiatum, quod præcisio ejus vicina sit. ... Hoc ergo quod ait: ecce securis ad radices arborum posita est, Judæis loquitur.

Homil. 24

Quando baptizat Jesus Spiritu sancto, et rursum quando igne baptizat? Numquid uno, atque eodem tempore Spiritu et igne baptizat, an vario atque diverso? Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies. Baptizati sunt Apostoli post ascensionem ejus ad cœlos Spiritu Sancto: quod autem igni fuerint baptizati Scriptura non memorat.

Hom. 25.

C. 3. 15. Existimante populo, ne forte ipse esset Christus. Habet periculum et dilectio, si modum transeat. Debet enim qui aliquem diligit naturas, et causas considerare dilecti, et non eum plus diligere quam meretur. Nam si mensuram charitatis, modumque transcenderit, et qui diligit, et qui diligitur, in peccato erunt. Quod ut manifestius fiat, ponamus exemplum. Joannem populus mirabatur, et diligebat eum: et revera erat dignus miraculo, ut plus ei, quam cæteris hominibus deferretur, quia aliter, quam cuncti mortales vixerat. ... quare et causas diligebant quidem eum justissime, sed non servabant in charitate modum: cogitabant enim, ne forte ipse esset Christus.

Hom. 26

